

6

RESERVADO

1126

B. N. L.

RESERVADO

~~RESERVADO~~

RESERVADO

G. G. J.

200-15

Par / 1267
M. 11

200-10



L. Donnachi.





DIVI HIERONYMI UT SELECTISSI-
marū ita diuinitatis plenissimarū ep-
stolarum volumen in commun-
nem studiosorum vtili-
tatem nuperrime
editum.



CANDIDO LECTORI.



Vm non ita pridem mecum setio cogitarem, magni referre in omnem vitam protinus ab incunabulis optimis imbui, mihi quidem praecitate mereri de Rep. videbantur qui facundissimis iuxta ac sanctissimis autoribus ædendis, publicis adolescentum studiis consulunt. Præsertim autem hoc tempore, cum nouis & insulsis libellis Christiano etiamnū homine idignis chalcographi passim nos obruant. Porro, cum teste Fabio optimo iuuentutis formatore puerorum in primis lectio vtilis & cum suauitate quadā grauis esse debeat, quid amabo, qd teneris adhuc puerorum ingenii conducibilius vtiliusq; tradi potest, quam eius autoris lectio qui animos vtilitate alleget, suauitate recreet, grauitate componat? Quarum omnium virtutum mirum professorem esse & diuinum Hieronymum tum in omnibus tum præcipue in epistolis propriis, fixiusq; introsponenti, haud quaq; obscurum videbitur. Nam preterq; quod honestissima beatæ virtutæ exempla hic proponuntur, sententiarum sublimitate animus assurgere & magnitudine retum spiritum ducere, & optimis institui, vix aliubi cōmodius atq; felicius poterit. Adde quod ad parandam dicendi facultatem mirifice cōducunt, tum sunt multo q; quæ vulgartere circūferuntur epistolæ præsertim eorum qui recentis lasciuiax flosculis, necnon voluptate quadam praua deliniunt,

deliniunt, doctiores fortassis & ἔκτοπικοτέραι. Fac igitur
cādissime lector totū fruare his quas selectiores nostris
nouis typis excudendas curauimus. Vale.

AD EVNDEM.

Sunt quos blanda iuuant Ciceronis scripta togati,
Quod forment linguis nobilitentq; rudes.
Verum te magis hāc delectet lectio, dona
Quæ & linguæ & vere religionis habet.
Dat liber exiguo quem gestas atque paratum
Sermonis veneres, delitiasq; animi.
Exigit & cæcē ludibria noctis & vmbra
Author mellito quæ ethnicus ore docet.

A ii

EPISTOLAE QVE HOC LIBRO
CONTINENTVR.

Prima, De vita Malchi captiui monachi.

- ii Ad Heliodorum, De laude vitæ solitariæ.
- iii Ad Nepotianū, De vita clericorū & sacerdotiū.
- iv Ad Heliodorū, Epitaphium Nepotiani.
- v Ad Rusticum monachum, De viuendi forma.
- vi Ad Paulinum, De institutione monachi.
- vii Ad Paulum concordiensem.
- viii Ad Exuperantium hortatoria.
- ix Ad Iulianum Diaconum.
- x Ad Theodosium.
- xi Ad Chromatium.
- xii Ad Paulinum presbyterum, de omnibus diuinæ
historiæ libris.

VITA MALCHI MONACHI.

ARGVMENTVM epistolæ sequentis.

CDepinxit solitarium, depinxit celebrem, depingit hic captiuū & agitatum. Lusit & in hoc argumēto, ingenii exercitandi gratia. Cæterū varietatem lectio-
nis, apparet non casu, sed studio alicuius accidisse.

CDe vita Malchi captiuī monachi.



Vi nauali prælio dimicaturi sunt, ante in
portu & in tranquillo mari flectūt gubernā-
cula, remos trahūt, ferreas manus, & vncos
præparant, dispositūq; per tabulata militē,
pendente gradu, & labente vestigio stare firmiter con-
fuscent, vi quod in simulachro pugnē didicerint, in
vero certamine non perhorreſcat. Ita & ego qui diu ta-
cui (silere quippe me fecit, cui meus sermo suppliciū
est) prius exerceri cupio in paruo opere, & veluti quādā
rubiginem linguae abstergere, vt venire possum ad la-
tiorem historiam. Scribere n. disposui (si tamen vita
dominus dederit, & si vituperatores mei saltē fugi-
entem me, & inclusum persequenti bus desiderint) ab aduentū
saluatoris viq; ad nostram ætatem, id est, ab apostolis,
vñq; ad nostri temporis fecē, quomodo & p quos Christi
ecclesia nata sit, & adulta, persequotionib; creuerit,
martyris coronata sit. Et postquam ad Christianos prin-
cipes venit, potētia quidem & diuitiis maior, sed vir-
tutibus minor facta sit. Verum hæc alias. Nūc qd' im-
minet explicemus. Maronia triginta fermē milib. ab
Antiochia vrbe Syrię, haud grādis ad orientem distat
viculus. Hic post multos, uel dominos, uel patronos,

VITA MALCHI MONACHI.

dum ego adolescētulus morarer in Syria, ad papæ Euā
grii necessarii mei possessionem deuolutus est, quem
idcirco nunc nominauī: vt ostenderem, vnde nossem
quod scripturus sum. Erat igitur illic quidā lenex no-
mine Malchus, quem nos Latine regem possumus di-
cere, Syrus natione & lingua, & reuera αὐτόχθων, Anus
quoq; in eius cōtubernio valde décrēpita, & iam mor-
ti proxima videbatur, tam studiōse ambo religiosi, &
sic ecclesiæ limen terentes, vt Zachariam & Heliza-
beth de euāgeliō crederes, nūl quod Ioanes in medio
nō erat. De his cum curiole ab accolis quærerem, quæ
nam esset eorū copula, matrimonii, sanguinis, an ipi-
ritus: omnes voce confona, sanctos & deo placitos, &
mira nescio quæ respondebant. Quia cupiditate ille-
ct, adortus sum hominem, & curiosius sciscitan s rerū
fidē, hæc ab eo accepi. Ego (inquit) mihi nate Māroniaci
agelli colonus, sed solus parētibus fui. Qui cum me
quasi stirpem generis sui, & hæredem familiæ suæ ad
nuptias cogerent, monachum potius me velle esse ref-
pondi. Quantis pater minis, quatis mater blanditiis
persequi lint, vt pudicitiam proderem, hæc res sola
indicio est, quod & domum & parētes fugi. Et quia ad
oriētem ire non poteram propter vicinam Persidem,
& Romanorum militum custodiam, ad occidentem
verti pedes, pauxillulum nescio quid portans viatici,
quod me ab inopia tantum defensaret. Quid multa?
Perueni tādēm ad erēnum Chalcidos, quæ inter Im-
mam & Essam magis ad austru sita est. Ibi repertis mo-
nachis, eorum me magisterio tradidi manuum labore
victum quæritas, lasciuiamq; catnis refrenas ieiuniis.

petulatū
liberū nem

conspic-
gens

Post

ad septentrionē
vires

longo post teri **VITA MALCHI MONACHI.**
Post multos annos incidit mihi desiderium, ut ad pa-
triā pergerem. Et du adhuc viueret maſer, iam enim
patrem mortuum audieram, solarē viduitate eius, & ex-
inde venunda possiſūcula, partem erogare pauperi-
bus, partem monasterio cōſtituerē, quid erubēſco con-
ſiteri infidelitatem meam? partē in ſumptum meorū
ſolatia reſeruarem. Clamare coepit abbas meus diaboli
eſſe tētationem, & ſub honestā rei occaſione, latere an-
tiqui hostis inſidias. Hoc eſſe reuerti canem ad mouitū
ſuū. Sic multos monachorum eſſe deceptos, nusq; dia-
bolum aperta frōte ſe p̄dere. Proponebat mihi exépla
de scripturis plurima: inter quaē illud, q̄ d' initio Adam
quoq; & Euam ſpē diuinitatis ſupplāauerit. Et cū per-
ſuadere non poſſet, prouolutus genibus obſclabat, ne
ſe delererem, ne me perderem: nec aratum tenēs, poſt
tergum reſpicarem. Vx misero mihi, vici monitorem
peſſima victoria, putans illū nō meam ſalutē, ſed ſuū
ſolatium querere. Proſequutus ergo me de moaſterio,
quaſi funus efferret, & ad extrema valedicens: Video,
ait, te fili ſatanę cauterio notatū: non quero cauſas, ex-
cuſationes nō recipio. Ouis quaē de ouilibus egreditur,
lupi ſtarim morsibus patet. De Beria ad Effam pḡtib.
vicina eſt publico itineri ſolitudo, per quaē Sarraeni
incerti ſedib. huic atq; illuc ſemper vagantur. Quā
ſuſpicio frequētiam in illis locis viatorū congregat, vt
imminēs periculū auxilio mutuo declinet. Erāt in co-
mitatu meo viri, foſminæ, ſenex, luuenes, paruuli, nu-
mero circiter ſeptuaginta. Et ecce ſubito equorū came-
lorūq; feſſores iſmaelitā iſtruūr, crinitis virtatisq; capi-
tib. ac ſeminudo corpore pallia & latas caligas trahētes

VITA MALCHI MONACHI.

pendebant ex humero pharetræ, laxos arcus vibrates,
hastilia loga portabat. Non n. ad pugnandum, sed ad pre-
dā venerat. Rapimur, dispigmur, in diuersa trahimur.
Ego enim longo postliminio hereditarius possessor,
& Iero mei consilii poenitēs, cum altera muliercula in
vnius heri seruitutem sortitus venio. Ducimur, imo
portamur sublimes in camelis, & per vastam eremū
semper ruinam timētes, pendemus potius q̄ sedem?
Carnes semicrudæ cibus, & lac camelorum potus erat.
Tandem grandi amne transmissio, puenimus ad interi-
orem solitudinē, vbi dominam liberolq; ex more gen-
tis adorare iussi, cœtuces flectimus. Hic quali clausus
carcere, mutato habitu, idest, nudus ambulare disco.
Nam aeris quoq; item peries nihil aliud preter pudē-
da velari patiebatur. Traditur mihi pascendæ oves, &
in malorum cōparatione hoc fruor solatio, qd domi-
nos meos, & conseruos rarius video. Videbar mihi ali-
quid habere sancti Iacob: Recordabar Moysi, qui & ipsi
in eremo quodam fuere pastores. Vescebar recenti ca-
seo & lacte. Orabam iugiter, canebam psalmos, quos in
monasterio didicerā. Delectabat me captiuitas mea.
Agebam dei iudicio gratias, qd monachum quem in
patria fueram pditur, in eremo inueniēram. O nihil
vnquam tutum apud diabolum. O multiplies & inef-
fabiles eius insidiæ. Sic quoq; latente me inuenit iui-
dia. Dominus videt gregem suum crecere, nihilq; in
me deprehendes fraudulentia, iciebam n. A postolū
precepisse: Dnis sic quasi deo fideliter seruendum, &
volēs me remunerare, quo fidū sibi magis faceret, tra-
didit mihi illam conseruā meam, aliquando captiuā.

Et cum

VITA MALCHI MONACHI.

Et cum ego refutarem, diceremq; me Christianū, nec
licere mihi vxorē viuentis mariti accipere (siquidē ca-
ptus nobiscū vir ei⁹ ab alio dño fuerat abduct⁹) rurius
ferus ille & imp̄ placabilis ī futorem versus, euaginato
me cœpit petere gladio. Et nisi confestim brachia tē-
dens mulierē preoccupasse, illico fudisset sanguinē.
Iam igit̄r vēnerat tenebroſior ſolito, & mihi nimiū
matura nox. Duco in spelūcam ſemiruta, nouam cō-
iugem: & pronubante nobis moēticia, uterq; detesta-
mur alterum, nec fatemur. Tuc vere ſenī captiuitatē
meam, prostratusq; humi, monachū cœpi plangere,
quem perdebam, dices: Huccine miser ſeruatus ſum?
Ad hoc me mea ſclera perduixerunt, ut incanescere
iam capite, virgo maritus fierem? Quid prodest pā-
rétes, patriam, rem familiarem coniēpſiſſe pro dño:
ſi hoc facio, qđ ne facerem, illa conteimpſi, niſi quod
fortē ppter ea hæc ſuſtineo quia patriam deſiderau?
Quid agimus anima? perimus an vincimus? Expecta-
mus manūm domini, an pþrio mucrone cōfodimur?
Verte in te gladium, tua magis mors timenda eſt, quā
corporis. Habet & ſeruata pudicitia ſuum martyriū, ia-
ceat inſepultus Christi testis in eremo, ipſe mihi ero
pſecutor & martyr. Sic fatus, eduxi in tenebris quoq;
micantem gladium, & acumine cōtra me verſo: Vale,
inquam, infelix mulier: habeto me martyrem potius,
q̄ maritum. Tūc illa pedib' meis prouoluta: Precor te
(inquit) per Iesum Christum, & per huius horæ neceſ-
ſitatē adiuro, ne effundas sanguinem tuū in crimen
meum. Vel ſi mori placet, in me primū verte mucro-
nem: Sic nobis potius coniungamur. Etiam ſi vir me⁹

VITA MALCHI MONACHI.

ad me redierit, seruarem castitatem, quam me captiuitas docuit, vel iheriterem potius quam perderem. Cur moreris, ne mihi iugaris? Ego morerer, si mihi iungi velles. Habeto me coniugem pudicitiam, & magis animę copulam amato, quam corporis. Sperent domini maritum, Christus nō uerit fratrem. Facile suadēbimus nuptias, cū nos viderint sic amare. Fateor, inquit, obstu pui, & admiratus virtutē foeminae, coniugem plus amavi. Nunquam tamen illius nudū corpus intuitus sum, nunquam ei us carnē attigi, timens in pace perdere, quod in prælio seruaueram. Transeunt in tali matrimonio dies plurimi, amabiliores nos dominis fecerat nuptiae. Nulla fugae suspicio, interdū & mense toto abera fidus gregis pastor per solitudinem. Post grāde interuallū dum solus in cremonē sedeo, & præter coelum terrāq; nihil video, cœpi mecum tacitus voluere, & inter multa, contuberni quoq; monachorū recordari, maximeq; vultum patris mei, qui me erudierat, tenuerat, perdidieratq;. Sicq; cogitans, aspicio formicarum gregem angusto calle feruere, ferre onera maiora, quam corpora. Aliæ herbarū quedam semina forcipē oris trahabant, aliæ egerebant humū de foveis, & aquarum meatus aggeribus excludebat. Ille vētatur hyemis memores, ne madefacta humus in herbā horrea verteret, illata semina præcidebat. Hæ luctu celebri, corpora defuncta deportabant. Quodq; magis mirū est in tanto agmine, egrediens non obstabat intranti, quin potius si quam vidissent sub falso & onere concidisse, suppositis humeris adiuuabat. Quid mutata? Pulchritudo mihi spectaculum dies illa tribuit. Vnde recordatus Salomonis, ad formicarum solertiam nos mittentis,

VITA MALCHI MONACHI.

mittentis, & pigras mentes tali exéplo suscitantis, co-
pi tedere captiuitatis, & monasterii cellulas quærere,
ac formicarum illarū similitudinē desiderare, vbi la-
boratur in medium, cūq; nihil cuiusq; proprium sit,
omnium omnia sunt. Regresso ad cubile occurrit mu-
lier, tristiciam animi dissimulare nō potui. Rogat cur
ita exanimatus sum. Audit causas, hortatur fuga. Peto
silentii fidem, non aspernatur, & iugis susurro inter spē
& metum mediū fluctuamus. Erant mihi in grege duo
hirci miræ magnitudinis. Quib' occulis, vtres facio,
coruq; carnes viatico præparo. Et primo vespri, putan-
tibus nos dominis secreto cubitare, inuadimus iter,
vtres & partes carnīū portātes. Cūq; peruenissemus ad
fluuiū, nam decem milibus aberat, inflatis cōscēsisq;
vtribus, aquis nos credimus, paulatim pedibus subre-
migātes, vt deorsum nos flumine deferente, & multo
longius quam cōscenderamus, in alterā nos exponēte
ripam, vestigiū sequentes perderet. Sed inter hæc mā-
defacte carnes, & ex parte lapæ, vix tridui cibum pol-
licebātur. Bibimus viq; ad latieratem, futuræ nos siti
preparātes. Currimus, post tergum semper aspicimus,
& magis noctibus prouehimus, quam dieb': vel prop-
ter insidas late vagantiū Saracenorū, vel propter ar-
dorem solis nimium. Paucos miser etiam referens, &
si tota mēte securus, toto tamen corpore perhorresco.
Post diem vero tertiu, dubio p̄spectu procul aspicim⁹
duos camelis in sidetes venire cōcitos. Staiumq; mēns
mali presaga, putare coepit dñm meditari moriem, so-
lem cernere nigrecentem. Dumq; timemus, & vesti-
giis nos proditos per atraas intelligimus, offertur ad
dexteram specus, longe sub terram penetrans. Igitur

VITA MALCHI MONACHI.

timentes venenata animalia, nā solent viperæ, reguli,
& scorpiones, cæteraq; huic se modi, feriore solis decli-
nati, vmbra petere: intraquit quidem speluncam, sed
statim in ipso introitū sinistræ nos foueæ credimus,
nequaq; vlt̄a progrediētes, ne dum mortem fugim⁹,
incurramus in mortem. Illudq; nobilcum reputates;
si iuuat dñs miseris, habemus salutē, si despicit pecca-
tores, habem⁹ sepulchrū. Quid putas fuisse nobis ani-
mi? quid terroris, cu ante specum huius procul starent
dñs & consciens, & vestigio indice iā ad latebras pue-
nissent? O multo grauior ex pectata, quā illara mors.
Rursus cum timore & labore lingua balbutit, & quasi
clamante dño, mutire nō audeo. Mittit seruū, vt nos
de specū trahat: ipse calamos tenet, & euaginato gla-
dio, nostrū expectat aduentū. Interea tribus ferē vel
quatuor cubitis introgresso famulo, nobis ex occulto
tergū eius videntibus, nam oculorū istiusmodi natu-
ra est, vt post solem vmbra intrantibus, cæca sint oia,
vox per antrum sonat. Exite furciferi, exite morituri.
Quid statis, quid moramini? Exite. Dns vocat, pati-
eter expectat. Adhuc loquebatur, & ecce per tenebras
alpicimus leænā inuasisse hominē, & gutre suffocatū
eruentum intro trahere. Iesu bone, quid tu nec terroris
nobis, quid gaudii fuit? Spectabamus dno nesciēte,
hostem nostrum perire. Qui cum videret illum mo-
ras facere, suspicatus est duos yni resistere. Sed irā dif-
ferre non valens, sicut tenebat gladium ad speluncam
venit, & furore rabido serui increpans vecordiā, prius
à fera est tentus quam ad nostras latebras perueniret.
Qui sunt qui hoc crederent, vt ante os nostrū, bestia

VITA MALCHI MONACHI.

pro nobis dimicaret? Sublato autem illo metu, similis
ante oculos nostros versabatur interitus, nisi quod tu-
tius erat rabiem leonis, quam iram hominis sustinere.
Pauemus intrinsecus, & ne mouere quidem nos ausi,
præstolabamur euentum rei, inter tanta pericula, pu-
dicitia & tantum conscientia pro muro septi. Leæna in-
sidias cauēs, & visam esse se sentiēs, apprehensos mor-
dicus catulos effert, nobisq; cedit hospitium. Neq; ra-
men satis creduli, statim erum pimus: sed ex peccantibus
diu, & egredi cogitantes: illius nobis figurabamus occur-
sum. Sublato ergo horrore, & alia trāficta die egredi-
mū ad vesperam, vidi musq; camelos, quos ob nimia
velocitatē dromedarios vocat, præteritos cibos in ore
voluere, & in aliū missos iterū retrahere. Quibus as-
censis, & noua sitarcia, idest anona refocillati, decima
tādem die ad Romanā per desertum castra venimus.
Oblatiq; tribuno, rem ordine pādimus, inde trāmissi
ad Sabinū Mesopotamiæ duce, camelorum pretium
acepimus. Et quia iam abbas ille meus dormierat in
dño, ad hæc delatus loca me monachis reddo, hæc tra-
do virginib', diligens cā vt sororē, non tamē ei me cre-
dēs vt sorori. Hæc mihi senex Mal. adolescentulo retu-
lit. Hæc ego vobis narraui senex & cattis historiā castita-
tis expono. Virgines castitatē custodire exhortor. Vos
narrate posteris, vt sciat inter gladios, & inter deserta
& bestias, pudicitiam nūquam esse captiuā: & hominē
Christo deditum posse mori, non posse superari.

AD HELIODORVM DE LAVDE VI- TAE SOLITARIAE,

b

HIFRONYMVS AD HELIOD.

VANTO amore & studio contendimus,
ut pariter in eremo moraremur, conciu-
mutuæ claritatis peccus agnoscit. Qui-
bus lamentis, quo dolore, quo gemitu, te
abeuntem prosequiūs sim, istæ quoq;
liter & telles sunt, quas lachrymis cernis interlitas. Ve-
rum tu quæsi paxiūs delicateſt, contemptu rogantis
per blandimenta fowisti & ego incautus, quid tūc age-
rem, nesciebam. Tacerem? Sed quod ardēter volebam,
moderate dissimulare non poteram. Impensius obſe-
crarem? Sed audire nollebas, quia ſimiliter nō amabas.
Quod vnum potuit, spreta charitas fecit. Quæ pæ-
ſentem retinere non valuit, querit absentem. Quo-
niam igitur & tu ipſe abiēs poſtularas, ut poſtea quam
ad deserta migraſſem, in uitatoria ad te ſcripta traſmit-
terem, & ego me facturum promiferam: In uito. Iam
propera. Nolo priſinarum neceſſitudinum reſor-
dis. Nudos amat eremus. Nolo te longinquæ peregrina-
tionis terreat difficultas. Qui in Christum credis,
& eius crede ſermonibus. Quærit primum regnum
dei, & hæc omnia apponentur vobis. Non pera tibi ſu-
menda, non virga eſt. Affatum diues eſt, qui cum Chri-
ſto pauper eſt. Sed quid ago? Rurſus improuidus obſe-
cro? Abeat preces, blandimēta diſcedant. Debet amor
Iæſus iraſci. Qui rogaſtem contempſeras, forſitan au-
diſtib⁹ obſurgantem. Quid facis in paterna domo deli-
cate miles? Vbi vallum? vbi fossa? vbi hyēs acta ſub pel-
libus? Ecce de cœlo tuba canit: Ecce cūm nubib⁹ debel-
latur orbem, imperator armatus egreditur; Ecce bis
acutus gladi⁹ ex regis ore pcedēs, obvia quæq; metit,
& tu

DE VITA EREMITICA

& tu mihi de cubiculo ad aciem, tu de umbra egredieris
ad Iolem? Corpus assuetum tunicis, loricæ onus non
fert. Caput opertum linteo, galeam recusat. Mollem
ocio manum, durus exasperat capulus. Audi edictum
regis tui: **Q**ui non est mecum, contra me est: & qui
mecum non colligit, spargit. Recordare tyrocinii tui
diē, quo Christo in baptimate conseptus, in sacra-
menti verba iurasti: pro homine eius non te patri par-
citurū esse, non matri. Ecce aduersarius in pectore tuo,
Christum conatur occidere. Ecce donatiū quod mili-
taturus acceperas, hostilia castra suspirant. Licet paruu-
lus ex collo pendeat nepos: licet sparso crine & scissis
vestibus, vbera quibus te nutrierat mater ostendat: licet
in limine pater iaceat, percalcatum perge patre, siccis
oculis ad vexillum crucis euola. Solum pietatis genus
est, in hac re esse crudelē. Veniet, veniet postea dies:
quo victor reuertaris in patriam: quo Hierosolymam
coelestem vir fortis coronatus incedas. Tunc munici-
patum cum Paulo capies. Tunc & parentibus tuis, eius
dem ciuitatis ius petes. Tunc & pro me rogabis, qui te
vt vinceres incitau. Nee vero nescio, qua te dicas
nunc compede præpediri. Non est nobis ferreum pec-
tus, nec dura præcordia. Non ex silice natos hyrcanæ
nutriere tigrides. Et nos per ista transiuiimus. Nunc ti-
bi blandis vidua soror hæret lacertis, nunc illi cum qui
bus adoleuisti vernulæ, aiunt: Cui nos seruituros relin-
quis? Nunc & gerula quondam, iam anus, & nutritius
secundus post naturalem pietatem pater, clamitat.
Morituros expecta paulisper, & sepeli. Forsitan & la-
xis vberum pellibus mater arata rugis fronte, anti-
b ii quum

HIERONYMVS AD HELIOD.

quum referens mammæ lallare, congerinet. Dicant
si volunt & grammatici: Inte omnis domus inclinata
recubuit. Facile rumpit haec vicula amor dei, & gehenæ
timor. At contra scriptura præcipit parentibus obse-
quedium, sed quicq; eos supra Christum amat, perdit
animam suam. Gladium tenet hostis ut me perimat, &
ego de matris lachrymis cogitabo? Propter patrem mili-
tiam Christi deseram, cui sepulturam Christi causa non
debeo, quam etiam omnibus eius causa debo? Dno pas-
suro timide Petrus consulens scandalum fuit. Paulus
retinetib' se fratribus, ne Hierosolymam pergeret, res-
pondit, Quid facitis plorantes, & conturbantes cor
meum? Ego enim non solum ligari, sed & mori in Hiero-
salem paratus sum pro nomine domini Iesu Christi. Aries
iste pietatis, quo fides quatitur: euangelii retundendus
est muro. Mater mea & fratres mei hi sunt, quicq; fa-
ciunt voluntatem patris mei, qui in coelis est. Si credut
in Christum faueat mihi pro eius nomine pugnabro
Si non credit, mortui sepeliant mortuos suos. Sed
hoc ait in martyrio. Erras frater, erras, si putas vñquā
Christianum persecutio non pati. Tunc maxime
oppugnaris, si te oppugnari nescis. Aduersari' noster
tanquam leo rugiens, aliquem devorare queret circu-
it, & tu pacem putas? Sedet in insidiis cum diuini-
bus, ut in occultis interficiat innocentem. Oculi eius in
pauperem respiciunt. Insidiatur in occulto sicut leo in
spelunca sua, insidiatur ut rapiat pauperem, & tu fro-
dosæ arboris tectus umbraculo molles somnos futuræ
præda, carpis? Inde me psequit luxuria: Inde auaritia
conatur irrumpere: Inde venter meus vult mihi deus

esse

DE VITA EREMITICA

esse pro Christo: Compellit libido ut habitantē in me
spiritum sanctum fugem, ut templū eius violem. Per-
sequitur, inquam, me hostis, cui nomina mille, mille
nocendi artes: & ego infelix victorem me putabo, dū
cāpior? Nolo frater charissime examinato pōdere de-
lictōrū, minora credas idolatriæ crīmine esse, quæ di-
ximus. Imō Apostoli disce sententiā, qui ait: Hoc enim
scitote intelligētes, quia omnis fornicator, aut immū-
dus, aut avarus, aut fraudator, quod est idolorum ser-
uitus: non habet hēreditatem in regno Christi & dei.
Et quāquam generaliter aduerlum deum sapiat, quic-
quid diaboli est: & quod diaboli est, idololatria sit, cui
omnia idola mancipatur: tamen & in alio loco spēcia-
tim, nominatimq; determinat, dices: Mortificate mē-
bra vestra quæ sunt super terra, deponentes fornicati-
onē, immūdiam, & concupiscentiā malam, & cupi-
ditatem, quæ sunt idolorum seruitus, propter quæ ve-
nit ira dei. Non est tantum in eo seruitus idoli, si quis
duobus digitulis, thura in bustum aræ iaciat, aut hauf-
tum pateræ poculo fūdat merum. Neget avaritiā esse
idolatriam, qui potest triginta argētēs dñm venditū,
appellare iusticiam. Neget sacrilegiū in libidine, sed
is, qui mēbra Christi & hostiam viuam placētem deo,
cum publicarū libidinū victimis, nefaria colluione
violauit. Non fateatur fraudem idolatriam esse, sed si
milis eorum, qui in actib' apostolorū ex patrimonio
suo partē precii reseruātes, præsenti periere vindicta.
Animaducite frater, non tibi licet de tuis quicquam
habere rebus. Omnis, inquit dñs, qui nō renūciauerit
cunctis quæ possidet, non potest meus esse discipulus.

HIERONYMVS AD HE LIOD.

Cur timido animo Christianus es? Respice Petrum relatu
r hunc: Relpice surgentem de felonaeo publicanum sta-
tim apostolu. Filius hominis non habet, ubi caput re-
clinet: & tu amplas porticus, & ingentia tectorum spa-
cia metiris? Hoc creditatem spectans Ieculi coheres Chri-
ti esse non poteris. Interpretare vocabulum monachi,
hoc est nomine tuum. Quid facis in turba qui solus es?
Et hoc ego, non integris rate vel mercibus, nec quasi
ignarus fluctuum premoneo, sed quasi nuper naufragio
ejectus in litus, timida nauigaturis voce denuncio. In
illo aestu Charybdis luxuriae, salutem vorat. Ibi ore vir-
gineo, ad pudicitiae perpetrata naufragia Scyllaceum
rehidens, libido blanditur. Hic barbarum littus, hic di-
abolus pyrata, cum sociis portat vincula capiendis. Noli-
te credere, nolite esse securi. Licet in modum stagni fusum
a quor arrideat: licet uix summa iacentis elementi spiri-
tu terga crispentur, magnos hic campus montes habet.
Intus inclivum est periculum, itus est hostis. Expedi-
te rudentes, vela suspendite: Crux antennae figatur in
frontibus. Tranquillitas ista tempestas est. Sed forsitan
dicturus es: Quid ergo? Quicunq; in ciuitate sunt
Christiani non sunt? Non est tibi eadem causa quae cx-
teris. Dominum aucultata dicente: Si vis perfectus esse
vade, vende omnia tua & da pauperibus, & veni seque-
re me. Tu autem perfectum te fore pollicitus es. Na-
cum derelicta militia, te castrasti propter regna cœlo-
rum, quid aliud quam perfectum sequitur es vitam?
Perfectus autem seruus Christi, nihil praeter Christum
habet. Aut si quid praeter Christum habet, perfectus non
est. Et si perfectus non est, cum se perfectum fore deo
policit sit,

fmo

DE VIIIA EREMITICA.

pollicitus sit, ante mentitus est. Os autem quod mentitur, occidit animam. Igitur, ut cocluda: Si perfectus es: cur bona paterna desideras? Domum refellisti, si perfectus non es. Diuinis euangeliis vocibus contonat: Non potestis duobus dominis seruire, & audet quicquid mendacem christum facere, Mamonam & dominum seruiendo? Vociferatur ille saepe: Si quis vult post me venire abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequitur me. Et ego onustus auro arbitrabor me christum sequi? Qui dicit se in christum credere, debet quomodo ille abundantia & ipse abundantare. Quod si nihil habes (ut te responsum scio) cur, tam bene paratus ad bella, non militas? Nisi forte in patria tua te arbitraris hoc facere, clam in sua domus ligna non fecerit. Et cur id? Cum autoritate sume ratione. Nemo propheta in patria sua, honorem habet. Non quod, inquit, honor: Suficit mihi conscientia mea. Neque dominus quererebat, quippe qui ne a turbis rex constitueretur, a fugit. Sed ubi honor non est: ibi contemptus est. Vbi contemptus: ibi frequens iniuria. Vbi autem iuriaria: ibi & indignatio. Vbi indignatio: ibi quod nulla, Vbi quod non est: ibi mens a proposito saepe deducitur. Vbi autem per inquietudinem aliquod auferret ex studio, minus fit ab eo quod tollitur. Et ubi minus est, perfectum non potest dici. Ex hac supputatione, illa summa nascit, monachum perfectum in patria sua esse non posse. Perfectum autem esse nolle, delinquare est. Sed de hoc gradu pulsus, prouocabis ad clericos. An de his aliquid audienceam dicere: qui certe in suis urbibus comimorantur? Absit ut de his quicquam sinistrum loquar: qui apostolico gradu succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos & nos Christiani sumus. Qui claves

HIFRONYMVS AD HELIOD.

regni cœlorum habentes, quodimodo ante iudicij die
iudicant: qui sponsi m dñi sobria castitate conseruant.
Sed alia, ut āte p strinxi monachorum est causa: alia cle-
ticorum. Clerici pascunt oves: ego pascor. Illi de altario
vivunt: mihi quasi in fructuosa arbori, securis ponitur
ad radicem, si munus ad altare non defero. Nec posu-
obtendere pati pertarem, cum in Euangeliō anum vi-
duam, duo, quæ sola sibi supererant, æra mittente, lau-
dauerit dñs. Mihi ante presbyterū federe non licet: illi
si peccauero, licet tradere me Sathanæ in interitum car-
nis, ut spiritus saluus sit. Et in veteri quidem lege qui-
cunq; sacerdotibus non obtemperasset, aut extra casta
positus, lapidabatur à populo, aut gladio ceruice sub-
iecta, contemptum expiabat crux. Nunc vero inobe-
diens, spirituali mucrone truncatur, aut electus de ec-
clesia, rabido dæmonium ore discepitur. Q uod si te
quoq; ad eundem ordinem, pia fratrum blandimenta
solicitant, gaudebo de ascensi, sed timebo de lapsi.

Q ui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.
Scimus ista: sed iunge, quod sequitur: Oportet autem
huiusmodi irreprehensibilem esse, vnius uxoris virū:
sobrium, pudicum, prudentem, ornatum, hospitale,
docibilem, non vinolentum, non percussore: sed mo-
delsum, & cæteris quæ de eo sequuntur explicitis: non
minorem in terro gradu adhibuit diligentiam, dicēs:
Diaconos similiter pudicos: non bilingues, non multo
vino deditos: non turpilucros: habentes ministeriū fidei
in conscientia pura. Et hi autem probentur primum:
nullū crimen habentes. V ahi illi homini, q vestē non
habens nuptialem, ingreditur ad coenā. Nihil supest,

nisi

DE VITA CLERICORVM

nisi ut statim audiat: Amice quomodo huc intrasti? Et illo obmutescente dicatur ministris: Tollite illum, ligatus manibus & pedib⁹, & mittite eum in tenebras exteriores, ubi erit flerus & stridor dentium. Væ illi qui acceptum talentum in sudario ligans, cæteris lucra facientib⁹, id tantum quod accepserat reseruauit. Illico indignantis domini clamore ferietur: Serue nequā: quare nō dedisti pecuniam mēam ad mēlam, & ego ueniens cum usuris exegiſem eam? Ideſt, de posuiffes ad altare, quod ferre nō poteras. Dū enim tu ignatius negotiator denarium tenes, alterius locum qui pecuniā duplicare poterat occupasti. Quām obrem ſicuti qui bene ministrat, bonum gradū ſibi acquirit: ita qui indigne ad calicem domini accedit: reus erit dominici corporis & sanguinis. Nō omnes episcopi, episcopi ſunt. Attendis Petrum: ſed & Iudam conſidera. Stephanum ſuſpicis: ſed & Nicolaum rēpice, quem dominus in Apocalypſi, ſua dāminat ſententia. Qui tam turpia & nefanda com̄mentus eſt, ut Nicolaitarum hāresis ex illa radice nascatur. Probet ſe vnuſquisq; & ſic accedat. Non facit ecclesiastica dignitas Christianum. Cornelius centurio adhuc ethnic⁹, dono ſancti ſpirit⁹ inducatur. Presbyters Daniel puer iudicat. Amos ruborum mora diſtribuens, repente propheta effectus eſt. David paſtor eligitur in regem. Minimum diſcipulum Iesu amat pluri-
mum. Inferius frater accumbe: vi minore adueniente: ſurium iubearis aſſendere. Super quem dñs requieſcit, niſi ſup humilem & quietum, & tremētem verba ſua? Cui plus creditur, plus ab eo exigitur. Potentes poter- ter tormenta patientur. Nec ſibi quisquam de corporis

HIERONYMVS AD HELIOD.

tantum mundi castitate supplauit, cum omne verbu
ocioium quodcumq; loquuti fuerint homines, reddituri
sint pro eo rationem in die judicii, cum etiam conuici
um in fratrem, homicidii sit reatus. Non est facile sta-
re loco Pauli : tenere gradū Petri: iam cum Christore
gnantiū; ne forte veniat angelus, qui scindat velum
tēpli tui, qui candelabrum tuū de loco moueat. Aedi-
ficaturus turrim, futuri operis sumptus suppedit. Infa-
tuatum sal ad nihil est vtile, nisi ut proficiatur foras, &
à porcis conculcetur. Monachus si ceciderit, rogabit
pro eo sacerdos. Pro sacerdotis lapsu, quis rogatur? est?

Sed quoniam ē scopulosis locis enāmigauit oratio, &
inter canas spumeis fluctibus cauteis, fragilis in altum
cymba processit, expandenda vella sunt ventis, & qua-
stionum scopulis trāsuadatis: lētantium more nauta-
rum: epilogi cœlēuma cantādum est. O deseritū, Christi
floribus vernans. O solitudo, in qua illi nascutur lapi-
des, de quibus in Apocalypsi ciuitas magni regis extru-
itur. O eremus familiarius deo gaudes. Quid agis fra-
ter in seculo, qui maior es mundo? Quidam te tecto-
rum vimbre premunt? quādiu fumosarum vrbium
carcer includit? Crede mihi, nescio quid plus lucis as-
picio. Libet sarcina corporis abiecta, ad purum ætheis
euolare fulgorem. Pau pertatē times. Sed beatos Chris-
tus pauperes appellat. Labore terroris? At nemo athle-
ta sine sudore coronatur. De cibo cogitas? sed fides fa-
mem non timer. Super nudam metuis humum exela-
iciuniis membra collidere? sed dominus tecum iacet.
Squalidi capitī horret inculta cæstaries? sed caput tuū
Christ⁹ est. Infinita eremī vastitas te terret? sed tu pa-
radisum

DE VITA EREMITICA.

radisum méte deambula. Quotienscūq; illuc cogitatione cōlcederis, toties in eremo nō eris. Scabra sine balneis attrahitur cutis, sed qui in Christo semel loc^o est, non illi necesse est iterum lauare. Et ut breuiter ad cuncta audias A postolum respondentem: Non sunt, inquit, cōdignæ passiones huius seculi ad superuertram gloriā, quæ reuelabitur in nobis. Delicatus es frater, si & hic vis gaudere cū seculo, & postea regnare cū Christo. Veniet, veniet illa dies, qua corruptuum hoc & mortale, incorruptionem induat & immortalitatē. Beatus seruus quē dominus inuenierit vigilante. Tunc ad vocē tubæ pauebit terra cū populis, & tu gaudebis. Iudicaturo domino, lugubre mundus immugiet: trib^o ad tribum pectora fecient. Potentissimi quondam reges, nudo latere palpitabunt. Exhibebitur cū prole sua Venus. Tunc ignitus Iupiter adducetur, & cū suis stultus Plato discipulis. Aristotelis argumēta non proderunt. Tūc tu rusticanus & pauper exultabis, & ridebis, & dices: Ecce crucifixus me^o: ecce iudex, qui obnolutus pānis in præsepio vagit. Hic est ille oparii & quæstuariae filius, hic qui matris gestat^o sinu, hominem deus fugit in Aegiptum: hic vestitus coccino: hic sentibus coronatus: hic Magus dæmonium habēs & Samarites. Cerne manus Iudæe, quas fixeras: cerne latus Romane, quod foderas. Videte corpus an idem sit, quod dicebatis clām nocte sustulisse discipulos. Dilectio tua me cōpulit, vt hæc tibi frater dicerem, vt his tum interesse contingat, pro quibus nunc labor durus est.

HIERONYMVS AD NEPOTIA.

HIERONYMVS AD NEPOTIANVM DE VITA CLERICORVM ET SACERDOTVM



Etiſ à me Nepotiane chariflime lite-
ris transmarinis , & crebro petis : ut
tibi breui volumine digeram pra-
cepta viuendi , & qua ratione , qui fe-
culi militia derelicta , vel monach⁹
cœperit esse , vel clericus , rectum
Christi tramitem teneat , ne ad diuersa vitiorum diuer-
ticula rapiatur . Dum eſsem adoleſcens , imo penè
puer , & primos impetus laſciuientis etatis , eremi du-
raria refrenare , ſcripsi ad auiculum tuum sanctum
Heliodorum exhortoriam epiftolam , plenam la-
chrymis querimoniisq; , & quæ deferti ſodalis mon-
ſtraret affectū . Sed in illo opere pro ætate tunc luf-
tumus : & calentibus adhuc rhetorum ſtudiis atq; doctri-
nis , quædam ſcholastico flore depinximus . Nunc
iam cano capite , & arata rugis fronte , & in ſtar boum pé-
dentibus à mento palearibus , Frigidus obſiſtit circu-
præcordia ſanguis . Vnde & in alio loco idem poeta ca-
nit : Omnia fert ætas , animū quoq; . Et poſt modicū :
Nunc oblita mihi tor carmina , vox quoq; Mœrim , Iā
fugit ipſa . Quod ne de gentili tātum literatūra pro-
ferre videamur , diuinorum voluminū ſacramenta
cognosce . Dauid annos natus Septuaginta , bellicosus
quondam vir , ſenectute frigefcente , non poterat cale-
fieri . Quaritur itaq; puella de vniuersis finib⁹ Israel
Abiſac

DE VITA CLERICORVM.

Abisac Sunamitis, quæ cū rege dormiret: & senile cor-
pus calefaceret. Nonne tibi videtur, si occidentem se-
quaris literam, vel figmentum esse de mimo, vel Atel-
lanarū ludicro? Frigidus senex obuoluitur vestimentis,
& nisi complexu adolescentulæ non tepescit. Viuebat
adhuc Berthabee: supererat Abygail, & reliquæ vxores
eius, & cōcubinæ, quas scriptura cōmemorat. Omnes
quasi frigidæ repudiantur, & in vnius tantū adolescē-
tulæ grandæuus calescit amplexibus. Abraham multo
Dauid senior fuit, & tamen viuente Sara, aliam non
quæliuit vxorem. Isaac duplices Dauid annos habuit:
& cum Rebecca iam vtrula nunquam friguit. Taceo de
prioribus ante diluuiū viris, qui post annos nōgentos,
non dico senilibus, sed penè iam cariosis artibus, ne-
quaquam puellares quæliere amplexus. Certe Moyses
dux Israëlitici populi, centū & viginti annos habebat,
& Sephora non mutauit. Quæ est igitur ista Sunami-
tis, vxor & virgo: tam feruēs, vt frigidum calefaceret:
tam sancta, vt calente ad libidinem non prouocaret?
Exponat sapientissimus Salomon patris sui delicias, &
pacificus, bellatoris viri narret amplexus. Posside sapi-
tiā: posside intelligentiam. Ne obliuiscaris, & ne de-
clinaueris a verbis oris mei. Neq; derelinquas illam, &
apprehēdet te: aīna illam, & seruabit te. Principium sa-
pientiæ, posside sapientiā, & in omni possessione tua,
posside intelligentiam: circunda illam, & exaltabit te:
honora illā, & aplexabitur te, vt det capiti tuo coronā
gratiarū. Corona quoq; deliciarū protegat te. Omnes
penè virtutes corporis murantur in senibus, & crescen-
te sola sapientia, decrescunt ceteræ virtutes, ieiunia,

HIERONYMVS AD NEPOTIA.

vigiliæ & eleemosynæ chameuniæ: huc illucq; di-
sus, peregrinorum susceptio, defensio pauperum, ista
ria orationum, perseveratia, visitatio languentiū, labor
manuū, vnde præbeantur eleemosynæ. Et, ne sermo-
nem longius protraham, cuncta quæ per corpora exer-
cetur: fracto corpore minora fūt. Nec hoc dico, quod
in iuueniib; & adhuc solidioris ætatis, his dūtaxat q; la-
bore & ardentissimo studio, vitæ quoq; sanctimonia,
& orationis ad dominum Iesum frequentia, scientiam
cosequuntur: frigeat sapientia, quæ in plerisq; senib;
ætate marcescit, sed quod adolescentia multa corporis
bella sustineat, & inter incentiuia vitiorum, & carnis ti-
tillationes: quali ignis in lignis viridibus suffocetur, &
suum non possit explicare fulgorem. Senectus vero: rur-
sus corum, qui adolescentiam suam honestis artibus
instruxerūt, & in lege domini meditati sunt die ac no-
cte: ætate fit doctor, vsu tritior, processu tēporis sapi-
entior, & veterum studiorū dulcissimos fructus metit.
Vnde & sapiens ille vir Græciæ Themistocles, cum ex-
pletis centum & septem annis, se mori cerneret, dixi-
se fertur, se dolere, quod tunc egrederetur è vita, quā-
do sapere coepisset. Plato octogessimo primo anno
scribens, mortuus est. Et Isocrates, nonaginta & nouē
annos, in docendi scribendiq; labore compleuit. Taceo
cæteros philosophos. Pythagorā, Democritum, Xeno-
cratem, Zenonem, Cleanthem: qui iam ætate longa-
ua, in sapientiæ studiis floruerūt, ad poetas venio, Ho-
merum, Hesiódum, Simonidem, Stesichorum: qui
grādes natu, cygneū nescio quid, & solito dulci⁹, vicina
morte, cecinerunt. Sophocles cū propter nimiam se-
nectutē

DE VITA CLERICORVM.

neccutem & rei familiaris negligentiam, à filiis accusa-
retur amentia: Oedipi fabula, quam nuper scripsérat,
recitauit iudicibus, & tantū sapientia in aetate iam fra-
cta specimen dedit, ut seueritate tribunalium, in the-
atri fauorem verteret. Nec mirum, cum etiam Cato
Censorius, Romani generis disertissim⁹ iam & senex,
Græcas literas discere, nec erubuerit, nec desperauerit.
Certe Homerus refert, quod de lingua Nestoris, iam
veruli & penē decrepiti, dulcior melle oratio fluxerit.
Sed & ipsius nominis Abisac sacramentum, sapientia
senum indicat ampliorem. Interpretatur enim, pater
meus superfluus, vel patris mei rugitus. Verbum sup-
flui ambiguū est, sed in præsenti loco virtutem sonat,
quod amplior sit in senibus, & redundas ac larga sapi-
entia. In alio autē loco superfluus, quasi non necessaria-
rius ponitur: Abisac autem, idest, rugitus proprie nū-
cupatur, cum maris fluctus resonat, &, ut ita dicam, de
pelago venies fremitus auditur. Ex quo ostēditur abū-
dantissimum, & vltra humanā vocem diuini sermonis
in senib⁹ tonitruum cōmorari. Portò Sunamitis in lin-
gua nostra, coccinea dicitur; vt significet celare sapien-
tia & diuina lectione feruere, quod licet dominici san-
guinis indicet sacramentum, tamen & feruorem ostendit sapientia. Vnde & obstetrix illa in Genesi coccinū
ligat in manu Phares, qui ab eo quod parietem diuise-
rat, duos ante populos separante, diuisoris, idest Pha-
res, sortit⁹ ēnomē. Et rahab meretrix, in typo ecclesiæ
resticulam mysteriū sanguinis continentē, vt Hiericho
pereunte, domus eius laluaretur, appendit. Vnde & in
alio loco de viris sanctis scripture cōmemorat. Hi sunt,

HIERONYMVS AD NEPOTIA.

qui venerunt de calore domus patris Rachab. Et dominus noster in euangelio : Ignem , inquit , veni mittere in terram , & qua volo ut ardeat . Quis in discipulorum corda succensus , cogebat eos dicere : Nonne cor nostrum ardens erat in nobis , dum loqueretur in via , & aperiret nobis scripturas ? Quorū hæc tā longo repetita principio ? Ne à me quāras pueriles declamationes , sententiārum florculos , verborum lenocinia , & per fines capi tularum singulorum acutā qnædā breuiterq; cōclusa , quæ paulus & clamores excitent audientium . Amplius queritur me modo sapientia : & A bisac nostra , quæ nunquam senescit , in meo requiecat finu . Im polluta est : virginitatisq; perpetuæ , & quæ in similitudinē Mariæ cum quotidie generet , semperq; parturiat , incorrupta est . Hinc p̄cor dixisse & A postolum : Spiritu feruentes . Et in Euangelio dominū prædicasse , quod in fine mūdi , quando iuxta prophetā Zachariam , stultus pastor esse cōperit sapientia decrescente , refrigescet charitas multorum . Audi igitur , vt beatus Cyprianus ait , non diserta , sed forua . Audi fratre collegio : patrem senio , qui te ab incunabulis fidei , usq; ad perfectā ducat æratem , & per lingulos gradus viuendi præcepta cōstitues , in te ceteros eruditat . Scio quidem ab auinculo tuo beato Heliodoro , qui nunc pontifex Christi est , te & didicisse quæ fincta sunt : & quotidie discere : normaq; vitæ eius , exemplum habere virtutum . Sed & nostra qualia cunq; sunt suscipe , & libellum hunc , libello illius copulato , vt cum ille te monachū erudierit , hic clericū doceat esse perfectū . Igitur clericus qui Christi seruit ecclesiæ , iterpetetur primo vocabulu lūu , & nominis

definitione

dictio quatinus habet p̄ se
significatio ut cōtinuandū
et demissio di u.

erudire est ab zudis . e . et qu

igitur locū h̄
ber quā do mi
a p̄dix

Haec est opera 29. 707. foliis
DE VITA CLERICORVM.

*definitione prolata, nitatur esse quod dicitur. Si enim
cleros Græce, fors Latine appellatur: propter ea vocan-
tur clerici, vel quia de sorte sunt dñi vel quia ipse do-
minus fors, idest, pars clericorum est. Qui autem vel ip-
se pars domini est, vel dominū partem haberet, talem se
exhibere debet, ut & ipse possideat dominū, & possidea-
tur a domino. Qui si dominū possidet, & cu propheta
dicit: Pars mea domin⁹: nihil extra dominū habere po-
test. Quod si quippe aliud habuerit præter dominū,
pars eius non erit dominus. Verbi gratia: Si aurum, si ar-
getum, si possessiones, si variam suppellectile, cu istis
partibus dominus pars eius fieri non dignabitur. Si au-
tem ego pars domini sum, & funiculus hereditatis eius
nec accipio partem inter ceteras tribus, sed quasi leui-
ta & sacerdos viuo de decimis: & altari seruens, altaris
oblatione susceptor: habens victimum & vestitum, his co-
tentus ero: & nudam crucem, nudus sequar. Obsecro itaq;
te & repetens, iterumq; iterumq; monebo: ne officium cle-
ricatus genus antiquæ militiæ putes, idest, ne lucra se-
culi in Christi qras militia, ne plus habeas quam quan-
do clericus esse coepisti, & dicatur tibi: Cleri eorum non
proderunt eis. Non nulli enim sunt ditiores monachi,
quam fuerat seculares: & clerici, qui possideat opes sub
Christo paupere, quas sub locuplete & fallace diabolo
non habuerant, ut suspireret eos ecclesia diuites. quos mu-
dus tenuit ante mendicos. Mensulam tuam pauperes
& peregrini, & cum illis Christus coniuua nouerit. Ne-
gociatorem clericum, & ex inope diuitem: ex ignobili glo-
riosum, quasi quādam pestem fuge. Corruunt mores
bonos confabulationes pessimæ. Tu aurum contēnis,*

HIERONYMVS AD NEPOTIA.

Et prius diligit: tu calcas opes ille sectatur: tibi cordi est si-
et lentium, manuictudo, secretum: illi verbositas, attrita
et quafons, cui nudinæ, foræ placent & plateæ, ac medicorū
antibernæ. In tanta morum discordia, quæ potest esse cō-
cordia: Hospitiolum tuum, aut raro, aut nunquam mu-
lierum pedes terat. Omnes puellas & virgines Christi,
aut æqualiter ignora, aut æqualiter diligere. Ne sub eodē
recto malitiae: nec in p̄terita castitate cofidas. Nec san-
ctior David: nec Salomone potes esse sapientior. Memē-
to semper, q̄ d̄ paradisi colonum, de possessione sua mu-
nicipalier eiecerit. Agrotanti tibi quilibet sanctus frater assi-
stat, & germana, vel mater, aut probatæ quælibet a pud-
omnes fidei. Quod si huiuscmodi nō fuerint confan-
guinitatis caltimoniæq; psonæ, multas anus nutrit ec-
clesia, quæ & officium præbeant, & beneficiū accipient
ministrando, vt infirmitas quoq; tua fructum habeat
eleemosynæ. Scio quosdam conualuisse corpore, & ani-
mo exortare cœpisse. Periculose tibi ministrat, cui vul-
rum frequenter attendis. Si propter officium clericatus,
aut vidua à te visitatur, aut virgo, nunquam domū so-
lus introeas. Tales habeto socios: quorū coruberno nō
infameris. Si lector, si acolyt⁹, si psalter te sequitur: nō
ornentur veste, sed moribus: nec calamistro criplent co-
mas, sed pudicitia habitu pollicetur. Solus cum sola,
secreto & absq; arbitrio, vel teste, nō sedeas. Si familia-
rius est aliquid loquendū: habet nutrice maiorem do-
mus, virginem, viduam, vel matitatem: nō est tam in-
humana: vt nullum præter te habeat, cui se audeat cre-
dere. Caueto oēs suspitiones, & quicqd probabiliter fin-
gi potest, ne fingatur ante decuta. Cerebra munuscula,

& suda-

DE VITA CLERICORVM.

& sudariola, & fasciolas, & veste ori applicitas, ac degustatos cibos, blādaſq; & dulces literulas, sanctus amor non habet. Mel meū, lumē meum, meum desideriū: omnes delitias, & lepores, & risu dignas urbanitates, & cæteras inctias amatorū, in comœdiis erubelcimus, in seculi hominibus detestamur: quanto magis in monachis & in clericis, quorū & sacerdotiū proposito: & propositū ornatur sacerdotio? Nec hoc dico, quod aut in te, aut in sanctis viris ista formidem, sed quod in omni proposito, in omni gradu & sexu, & boni & mali reperiatur, malorumq; condénatio, laus bonorum sit. Pudet dicere, sacerdotes idolorum: mimi, & aurigæ, & scorta, hereditates capiunt: solis clericis & monachis hoc lege prohibetur, & prohibetur non à perequitoribus, sed à principibus Christianis. Nec de lege conqueror, sed doleo: cur meruerimus hāc legem. Cauterium bonū est, sed quo mihi vulnus, ut indigea cautero? Prouta securaque legis cautio, & tamen nec sic refrenat avaricia. Per fidei cōmissa legibus illudim' & quasi maiora sint imperatorum scita quam Christi: leges timemus, euangelia contēnimus. Sit hæres, sed mater filiorum, id est gregis sui, ecclesia, q̄ illos genuit, nutrit & pauit. Quid nos inserimus, inter matrem & liberos? Gloria episcopi est, pauperum opibus prouidere. Ignominia omnium sacerdotū est, p̄ priis studere diuitiis. Natus in paupere domo & in tugurio rusticano: q̄ vix milio & cibario pane, rugiente saturare ventrē poterā, nūc līmila & mella fastidio. Noui & genera & noia pisciū, in quo littore cōcha lecta sit calceo: saporib⁹ auium discerno pūncias & ciborū me rītas, ac nouissimę dāna ipsa delectant.

HIERONYMVS AD HELIOD.

Audio præterea infenes, & anus absq; liberis, quorudā
turpe seruitiū. Ipsī apponūt matulam, obſident lectū,
puruletiā ſtomachi, & phlegmata pulmonis, manu
propria fuſcipiūt. Pauent ad introitum medici: tremē-
tibusq; labiis an comodius habeat, ſciscitatur: & si pau-
lulum ſenex vegetior fuerit, petiſtantur: ſimulataq;
Iacticia, mēs intrinſecus aqua torquetur. Timet enim,
ne perdant ministerium: & viuacem ſenem, Mathuſa-
lē annis cōpartant. O quātū apud deū merces: ſi in p̄ræ-
ſeti p̄cīū non ſperarēt. Quantis ſudoribus hereditas
cāſſa expetit? Minori labore margaritā Christi emi po-
terat. Diuinas ſcripturas Ixpius lege, imo nunquā de
manib⁹ ruis ſacra lectio deponatur. Dilece quod doceas.
obtine eū qui ſecondū doctrinā eſt, fidēlem iermone,
ut poſſis exhortari in doctrina ſana, & cōtradicentes re-
uincere. Permañe in hiſ quā didicisti, & credita ſunt ti-
bi: ſciens à quo didiceris: Paratus ſemper ad ſatiſfactio-
nem, omni poſcenti te rationem, de ea quā in te eſt
ſpe & fide. Non cofundant opera tua ſermonem tuū:
ne cum in ecclēſia loqueris, tacitus quilibet reſpondeat,
cur ergo hēc quā dicens, ipſe nō facis? Delicat⁹ magiſter
eſt, qui pleno ventre de ieiuniis diſputat. Accūſare au-
ticiam & latro poſteſt. Sacerdotis Christi os, niens, ma-
nusq; cōcordent. Esto ſubiectus pontifici tuo, & quāli
animā parentē ſuſpice. Amare filiorum, timere ſeruorum
eſt. Si pater ſum, inquit, vbi eſt honor meus? Si do-
minus ego ſum: vbi eſt timor meus? Plura tibi in codē
viro obſeruāda ſunt nomina: Monachus, pontifex, auū
culus tuus, qui te iam in omnibus quā ſancta ſunt do-
cuit. Illud etiā dico, quod episcopi ſacerdotes ſe eſſe no-
uerint

DE VITA CLERICORVM

uerint, non dominos : honorēt clericos quasi clericos,
vī & ipsis à clericis, quasi episcopis honor deferat: Sci-
tū illud est oratoris Domitii, Cur ego te, inquit, habeā
ut principeim: cum tu me nō habeas ut senatore: Qnod
Aaron & filios eius, hoc episcopum & presbyteros esse
nouerimus: Vnus dominus, vnum téplum, vnum sit
etiam ministeriū. Recordemur semper quid apostolus
Petrus præcipiat sacerdoub^t. Pascite eū qui in vobis est
gregem domini, prouidentes non coacte, sed sponta-
ne secundū deum: neq; vt turpis lucratiā, sed volū-
tarie:ncq; vt dominātes in clērum, sed forma facti gre-
gi ex animo:vt cum apparuerit princeps pastorū, perci-
piatis iniūccessibilem gloriæ coronam. Pessimæ con-
suetudinis est in quibūdam ecclēsiis, tacere presbyteros,
& præsentibus episcopis non loqui, quasi aut inuidēat,
aut nō dignētur audire, Et si alii, inquit, apostolus Pau-
lus fuerit reuelatum sedentis prior taceat. Potestis enim
per singulos prophetare, vt omnes discant: & omnes cō-
solentur: & spiritus prophetarum, prophetis subiectus
est. Nō enim dissensionis deus, sed pacis. Gloria patris
est filius sapiens. Gaudeat episcopus iudicio suo cum ta-
les Christo elegerit sacerdotes, Docete te in ecclēsia, nō
clamor populi, sed gemitus susciretur, Lachrymæ audi-
torum, laudes tuæ sunt, Sermo presbyteri, scripturarum
lectione conditus sit. Nolo te declamatorem esse & ta-
bulam garrulūq; sine ratione, sed mysteriorū peritum:
& sacramentorum dei tui eruditissimum. Verba volue-
re, & celeritate dicendi apud imperitum vulgus admira-
tionem sui facere, indoctorū hominū est. Attrita frōs,
interpretatur sape quod nescit: & cum aliis persuaserit,

HIERONYMVS AD NEPOTIA.

sibi quoq; usurpat scientiā. Preceptor quondam meus Gregorius Nazianenus, rogat⁹ a me ut exponeret, quid sibi vellet in Luca sabbatum Δευτέρων; elegater sit: docebo te, inquiens super hac re in ecclesia: in qua mihi omni populo acclamante, cogitis in iuitus scire quod nescis. Aut certe si solus tacueris, solus ab omnibus stulticiæ condéneris. Nihil tam facile, quam vi-
lem plæbeculā & indocti concionē, lingua & volubilita-
te decipere, quæ quicquid non intelligit, plus miratur.
M. Tullius in quem pulcherrimū illud elogium est: De
mosthenes tibi præripuit, ne esses primus orator: tu il-
li, ne solus: in oratione pro Quinto Gallo, quid de fa-
vore vulgi, & de imperitis cōcionatorib⁹ loquatur: at-
tende: ne his fraudib⁹ ludaris. Loquor enim, quæ sum
ipse nuper expertius. Vnus quidam poeta nominatus
homo, perliteratus, cuius sunt illa colloquia poetarū
ac philosophorum, cum facit Euripidem & Menan-
drum inter se, & alio loco Socratem atq; Epicurū dispe-
rentes, quorum ætates nō annis, sed seculis scimus esse
disiunctas, quantos is plausus & clamores mouet? Mul-
tos enim condiscipulos habet in theatro, qui simul li-
teras nō didicerant. Vestes pullas æque deuita, vt can-
didas. Ornata⁹ vt sordes pari modo fugiēdæ sunt, q; a al-
terū deliciæ, alterū gloriæ redolet. Nō absq; amictu li-
neo incedere, sed preciū vestiū linearū non habere lau-
dabile est. Alioquin ridiculū & plenū dedecoris est, re-
ferto Marsupio, q d ludariū orariūq; nō habeas, gloria-
ri. Sunt q pauperib⁹ paulū tribuūt, vt ampli⁹ accipiāt,
& sub p̄textu eleemosynæ qrūt diuiriās, q magis vena-
tio appellāda est, quam eleemosynæ genus, Sic bestiæ,

DE VITA CLERICORVM

sic aues, sic capiuntur & pisces. Modica in hamo esca ponitur, ut matronarū in eo sacculi protrahant. Sciat eps, cui cōmissa est ecclesia, quem dispensationi pauperū curatq; pficiat. Melius est nō habere qd tribua, quam impudenter petere qd recondā. Sed & genus arrogatiæ est, clemētiorē te velle videri, q̄ pōtīfex Christi est. Nō oīa possumus oēs. Alius in ecclesia, oculus est, aliis ligua, aliis manus, aliis pes, auris, venter, &cætera. Lege Pauli epistolā ad Corithios: quomodo diuersa mēbra yñū corpus efficiūt. Nec rusticus tñ & sim plex frater idco se sanctū puret, si nihil nouerit: nec peritus & eloquēs, lingua æstimet sanctitatē. Multoq; incl' est ē duob⁹ imperfectis, rusticitatē sanctam habere, q̄ eloquentia peccati cem. Multi edificant parietes, & colūnas ecclesiæ substruunt, marmora nitent, auro splēdent laquearia, gemmis altare distinguitur, & ministrorū Christi nulla elec̄tio est. Neque vero mihi aliquis opponat, diues in Iudaia tēplum, mensam, lucernas, thuribula, patellas, scyphos, mortariola, & cætera ex auro fabrefacta. Tūc hæc probabantur à domino, quando sacerdotes hostias immolabant, & sanguis pecudum erat redemptio peccatorum. Quāq; hæc omnia præcesserint in figura: Scripta sunt autem propter nos, in quos fines seculorū deuenerunt. Nunc vero cum paupertatē domus suæ, pauper dominus dedicarit: cogitemus crucem eius, & diuitias lutū putabimus. Quid miramur qd Christus vocat in iquum māmona? Quid suspicimur & amamus, quod Petrus se nō habere, gloriose testatur? Alioquin tantum literam sequimur, & in auro atq; diuitiis simplex nos delectat hystoria, cū auro obseruem⁹ & cætera.

HIERONYMVS AD NEPOTIA.

Ducant potifex Christi, uxores virgines: Quia uis bona mentis sit qui cicatricem habuerit, & deformis est, priuertur sacerdotio, lepra corporis, animæ & virtutis præfatur: Crescamus & multiplicemur, & repleamur terra, nec immolemus agnū, nec mysticū pascha celebrem⁹, quia hæc absq; templo, fieri lege prohibentur. Figamus septimo mense tabernaculum, & solene iejunium buccina concrepemus. Quod si hæc omnia spiritualib⁹ spiritualia coparantes, scienteq; cum Paulo, quod lex spiritualis est, & David verba catatis: Reuelo oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua: sic intelligimus, ut dominus quoq; noster intellexit, & interpretat⁹ est sabbatum, aut aurum repudiemus cum ceteris superstitiōnibus Iudeorum: aut, si aurum placet, placet & Iudei, quos cum auro, aut probare nobis necesse est, aut dānare. Coniuia tibi vitanda sunt secularium, & maxime eorum, qui honoribus rument. Turpe est ante portas sacerdotis Christi cruci fixi & pauperis, & qui cibo quoq; vescebatur alieno: lectores consulū, & milites excubare, videlicet provinciæ melius apud te prandere, quam in palatio. Quod si obtenderis te facere hæc, ut roges pro misericordiis subiectis, index seculi plus deseret clero continenti, quam diuiti: & magis sanctitatem tuam venerabitur, quam opes. Aut si talis est: qui non audiat clericos pro quibuslibet tribulatis nisi inter phyalas, libenter carebo huiuscmodi beneficio, & Christum rogabo pro iudice, q̄ magis & citi⁹ subuenire potest. quam iudex: Melius enim est confidere in domino, quam confidere in homine. Melius est sperare in domino, q̄ sperare in principibus. Nunq̄ vinum redoleas, ne audias illud

DE VITA CLERICORVM

illud philosophi: Hoc no est osculum porrigerere, sed vi-
num p̄pinare. Vinolentos sacerdotes & Apostolus da-
nat, & vetus lex prohibet: Qui altario d̄icerūunt, vinū
& sicerā non bibant. Sicera hebr̄ao sermone omnis po-
tio nuncupat, quæ inebriare potest, siue illa quæ frumē-
to conficitur, siue pomorum succo, aut cum faui deco-
quutur in dulcem & barbaram portionem, aut palma-
rum fructus ex primū tur in liquore, coctilq; frugibus,
aqua pinguior coloratur. Quid inebriat, & statu
mentis euertit, fuge similiter ut vinum. Nec hoc dico,
quod dei a nobis creatura dāneatur (Siquidē & dominus
vini potator est appellatus: & Timotheo dōlenti stoma-
chum, modicae vini sorbitio relaxata est) sed modū pro-
xatatis, & valetudinis & corporum qualitate exigim⁹ in
potando. Q uod si absq; vino ardeo adolec̄etia, & in-
flam̄ior calore sanguinis, & succulento validoq; sum cor-
pore, libeter carebo poculo, in quo suspirio veneni est.
Pulchre dicit apud Gr̄ecos, & nescio an apud nos æque
remonet. Pinguis venter, no gignit mente tenuē. Tantū
tibi ieiuniorū modū imponc quantū ferre potes. Sint ti-
bi pura, casta, simplicia, moderata, & no superst̄iosa ie-
junia. Q uid p̄dest oleo non uisci, & molestias quasdam
difficulatiesq; ciborum quærere, carycas, piper, nuces,
palmarum fructus, lim̄iam, mel, pistacia? Tora horto-
rum cultura vexatur ut cibario no velcamur pane, & dū
delicias lectamur, a regno cœlorum retrahimur. Audio
præterea quodam contra rerum hominuq; naturam,
quam non bibere, nec vesci pane, sed sorbitiūculas de-
licatas & contrita olera, betarumq; succum, non calice
sorbere, sed cōcha. Proh pudor, no erubescimus istius-

*vera herba quidam viris est, et fatua lycosa /
vel maritaria testa ut sagittam faciat /
fabroꝝ yrandia bete o quā sepe pe quidae cibari
ter vina p̄p̄c̄t̄ cochus. / tamē apud ciascerant*

HIERONYMVS AD NEPOTIA.

modi ineptiis, nec tñdet superstitionis? In iuper eris famam abstinetiae in delitiis qrimus. Fortissimum ieiuniu est, aqua & panis. Sed quia gloria non habet, & oes pane & aqua viuimus, quasi publicu & cõmune ieiunium nō puratur. Caut ne hominu ruminulos auncuperis: ne offensam dei, populorū laude cõmutes. Si adhuc, inq: Apostolus, hominib⁹ placere Christi seruus nō essem. Desit placere hominib⁹, & seruus fact⁹ est Christi. Per bonā famā & malam, à dextris & à sinistris, Christi milles graditur, nec laude extollitur, nec vituperatione frangitur. Nō aiuitis tumet, non cotributur paupertate, & lata contenit & tristia. Per diem sol non vrit eum, neq: luna per noctem. Nolo te orare in angulis platearu, ne rectum iter precum tuatu, fragat aura popularis. Nolo te dilatare simbris, & ostendui habere phylacteria, & conscientia redugnante, pharisaica ambitione circundari.

Quanto melius erat hæc non in corpore, sed in corde gestare: & deum habere auctore, nō a pectus hominu. Inde pendet Euangeliu: inde lex & proprie, luce sacra & apostolica doctrina. Melius est enim hæc oīa in mente porrare, quam in corpore. Fidelis mecu lector intelligis quid raciem, & quid magis tacendo loquar. Tot te regulæ, quot species gloriari percurrant. Vis scire quales dns querat ornatus? Habero prudentiam, iusticiam, temperantiam, fortitudinem. His coeli plagis includere, hæc te quadriga velut aurigā Christi, ad metā concita ferat. Nihil hoc mortali preciolius, nihil hac gēmarū varicatae distincti⁹. Ex omni parte decoraris, cigeris, atq: protegeris, & ornamēto tibi sunt & turamini, geminæ vertuntur in scuta. Caue quoque ne aut linguā, aut aures habcas

DE VITA CLERICORVM

habeas pruientes, id est, ne aut ipse aliis detrahas, aut
alios audias detrahentes. Sedens, inquit, aduersus fra-
trem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ po-
nebas scadulum, hæc fecisti & tacui. Existimasti inique,
quod ero tui similis, arguam te & statuam contra facie-
tuam. Parce a detractione linguae, custodi sermones
tuos, & scito quia per cuncta, quæ de aliis loqueris, tua
conscientia indicaris, & in his ipse deprehenderis, quæ
in aliis arguebas. Neq; vero illa iusta est excusatio, refe-
rentibus aliis iniuriam facere non possum. Nemo in-
uito auditori libenter refert. Sagitta in lapidem nun-
quam figitur, interdum resiliens percutit dirigentem.
Discat detractor, dum te videt non libenter audire, nō
facile detrahere. Cum detractoribus, ait Salomon, ne
miscearis: quonia repente veniet perditio eorum, & rui-
nam vtriusq; quis nouit? tam videlicet eius qui detra-
hit, quam illius qui accommodat aure detrahenti. Offi-
cii tui est visitare languetes nosse domos matronarū:
ac liberos earum, & nobilium virorum custodire secre-
ta. Officij tui est, non solum oculos castos seruare, sed &
linguam. Nunquam de formis mulierū dilapses, nec
quid agatur in alia, domus alia per te nouerit. Hippo-
crates adjurat discipulos suos, anteq; doceat, & in verba
sua iurare compellit, extorquet sacramento silentium,
sermonem, incessum, habitum, moresq; prescribit.
Quanto magis nos, quibus animarum cura commissa
est, omnium Christianorum domos debemus amarc,
quali proprias? Consolatores potius nos in moeroribus
suis, quam coniuas in prosperis nouerint. Facile cotep-
nitur clericus, qui saepe vocatus ad prandium, ire non

HIERONYMVS AD NEPOTIA.

recusat. Nunquā petentes: raro accipiamus rogati. Beatus enim est magis dare quam accipere. Necio enim quomodo etiam ipse qui deprecatur ut tribuat: cum acceperis, villorem te iudicat: & mirū in modū si eum roganter contēpseris, plus te posterius veneratur. Prædicaror continentie, nuptias ne conciliet. Qui A postolū legit, superest, ut qui habent vxores, sic sint, quasi non habeant: cur virginem cogit ut rubat? Qui de monogamia sacerdos est, quare viduam horratur ut digama sit? Procuratores & dispelatores domorum alienarum atq; villarum, quomodo possunt esse clerici, qui proprias iubentur contēnere facultates? Amico quippiam rapere, furtum est. Ecclesiām fraudare, factilegiū est. Accepisse quod pauperibus erogandū sit, & esuriētibus plurimis vel cautum esse velle, vel timidum, aut quod a pessimi-
mi sceleris est, aliquid inde subtrahere, omniū p̄donū crudelitatē superat. Ego fame torqor, & tu iudicas quā-
tum ventri meo satis sit? Aut diuide statim quod acce-
peris, aut si timidus dispensator es, dimitte largitorem,
ut sua ipse distribuat. Nolo sub occasione mea sacculus
tuus plenus sit. Nemo me melius, mea seruare potest.
Optimus dispensator est, qui sibi nihil reseruat. Coegi-
sti me Nepotiane charissime, lapidato iam virginitatis libello, quem sancte Eustochio Romae scripsoram: post
annos decem: rursus Bethleem ora reserare, & cōfodiē-
dum me linguis omniū prodere. Aut enim nihil scribē-
dum fuit, ne hominū iudiciū subiremus, quod tu fa-
cere prohibuisti: aut scribētes nosse, cunctorū aduersum
nos maledicorū tela torquēda. Quos obsecro ut quie-
scant & desinant maledicere. Non enim ut aduersariis:
sed ut

DE VITA CLERICORVM.

sed ut amicis scripsimus. Nec in uecti sumus in eos qui peccat, sed ne peccent monuimus. Neq; in illos tantu-, sed & in nosipios seueri iudices fuimus. Volentesq; fe-
stucam de oculo alterius tollere, nostram primu. trabe-
cicimus. Nullum læsi, nullius nomen mea scriptura
designatum est. Neminem specialiter meus sermo pul-
sauit. Generalis de vitiis disputatio est. Qui mihi ira-
sci voluerit, ipse de se quod talis sit, confitebitur.

HIERONYMI AD HELIODORVM EPITAPHIVM NEPOTIANI.



Rændes materias, ingenia parua noſ ſu-
ſtinent, & in iplo conatu vltra vires au-
ſa, ſuccubunt: quantoq; maius fuerit,
quod dicendum eſt tanto magis obrui-
tur, qui magnitudinem rei verbis non
poſt explicare. Nepotian⁹ me⁹, tuus,
noſter, imo Christi: & quia Christi, idcirco plus noſter,
reliquit ſenes: deſiderii ſui iaculo vulneratos, & intole-
rabiſi dolore coſfectos. Quem haſredem putauimus,
funus tenemus. Cui iam meū ſudabit ingeniu: Cui lite-
rulae placere geſtiet? Vbi eſt ille ἐγγόνων της noſter, & cy-
gneō canore vox dulcior? Scupet animus, man⁹ tremit,
caligant oculi, lingua balbutit. Quicquid dixero, quia
ille non audit, mutum videretur. Stilus ipſe quaſi diſcen-
ties, & cera lubritiſtor, vel rubigine, vel ſitu obduicitur.
Quotieſcūq; nitor in verba proru pere, & ſuper tumu-
lum eius, epitaphii huius flores ſpargere, tories imple-
tur oculi, & renouato dolore, totus in funere ſum. Mo-

HIERONYMVS AD HELIOD.

ris quondam fuit, ut super cadavera parentum defunctorum in concione pro rostris laudes liberi uiceret, & instar lugubrium carminū ad fletus, & gemitus audiens pectora concitarent. En rerum in nobis ordo mutatus est, & in calamitate nostrā perdidit sua iura natura. Quod exhibere senibus iuuenis debuit, hoc iuueni exhibemus senes. Quid igitur facia? Iungam recum lachrymas? sed apostolus prohibet, Christianorū mortuos dormientes vocas. Et dominus in Euangeliō. Nō est, inq[ui]s, mortua puella, sed dormit. Lazarus quoq[ue] q[uo]d dormierat, suscitrat est. Læret & gaudeat, quia raptus est, ne maliciā mentē eius muraret, quia placuerat deo anima illius. Sed in uito & repugnanti per genas lachrymæ fluunt, & inter præcepta virtutū resurrectionisq[ue] spem, credulā mentē desiderii frangit affectus. O mors quæ fratres diuidis: & amore sociatos, crudelis ac dura dissensionis. Adduxit vrentē ventum dñs de deserto ascendentem, qui siccavit venas tuas, & desolauit fontē tuū. Devorasti quidē Ionam, sed & in vtero tuo viuus fuit. Portasti quasi mortuū, ut tempestas mundi cōquiesceret: & Ninive nostra, illius præconio saluaretur. Ille ille te vicit: ille te iugulauit. Fugitiuus propheta, qui reliquit dominum suum, dimisit hæreditatē suam, dedit dilectā animam suam in manibus querentiū eum. Qui per Olce quondam tibi rigidus minabatur: Ero mors tua o mors: ero morsus tuus iferne. Illius morte, tu mortua es: illius morte, nos viuimus. Devorasti, & devorata es. Dumq[ue] assumpti corporis solicitatis illecebra, & audis fauicib[us] præda putas: interiora tua, aduncō dente cōfossa sunt. Gratias tibi Christe saluator, tua agimus creatura, quod tam

EPITAPHIVM NEPOTIANI.

tam potensem aduersarium nostrum dum occideris,
occidisti. Quid ante miseriū homine: qui aeternae mor-
tis terrore prostratus: viuendi sensum ad hoc tatum ac-
ceperat, ut periret? Regnauit enim mors ab Adam usq;
ad Moysen, etiam super eos, qui non peccauerunt, in si-
militudine preuaricationis Adæ. Si abraham Isaac & Ia-
cob in inferno, quis in cœlorum regno? Si amici tui sub
peccata offendentis Adam, & qui non peccauerant, alic-
nis peccatis tenebantur obnoxii: quid de his credendum
est, qui dixerunt in cordibus suis: non est deus? Qui cor-
rupi & abominabiles facti sunt, in voluntatibus suis:
Qui declinauerunt: simul iniusti facti sunt, non est qui
faciat bonum, non est usq; ad unum? Quod si Lazarus
videt in sinu Abrahæ, locoq; refrigerari: quid simile in-
fernus & regna cœlorū? Ante Christum Abraham apud
inferos: post Christum latro in paradiſo. Et idcirco in re-
surrectione eius, multa dormientium corpora surrexe-
runt, usq; sunt in coelesti Hierusalem. Tuncq; imple-
tum est illud elogium: Surge qui dormis, & eleuare, & il-
luminabit te Christus. Ioannes baptista in cremo per-
sonat: Poenitentiam agite: appropinquabit enim regnum
cœlorum. A diebus enim Ioannis Baptiste regnum cœ-
lorum vim patitur, & violenti diripiunt illum. Flam-
mea illa rom pœa cultos paradisi, & præsidentia forib;
cherubin, Christi testimonia & referata sunt sanguine. Nec
mirum hoc nobis in resurrectione promitti, cum om-
nes qui in carne, non secundum carnem viuimus, mu-
nicipatum habeamus in cœlo, & hic adhuc positis dia-
tur in terra: Regnum dei intra vos est. Adde quod an-
te resurrectionem Christi: notus tantum in Iudea erat

HIERONYMVS AD HELIOD.

deus: in Israel magnum nomen eius. Et ipsi qui nouerant cum: tamen ad inferos trahebatur. Vbi tunc tou-
orbis homines, ab India usq; ad Britaniā, a rigida septē-
trionis plaga, usq; ad feruores Athlatici oceani, tam in-
numerabiles populi & tantarū gētium multitudines.
Quam variæ linguis habitu, tam vestis & armis: pilicū
ritu ac locustarum, & velut mulcæ & culices contrebā-
tur (Ablsq; noticia em sui creatoris, ois homo pecus est)
nunc passionē Christi, & resurrectionē eius, cunctarum
gētium & voces & literæ ionant. Iaceo de Hebreis, Græ-
cis & Latinis: quas nationes suæ crucis titulo dñs dedi-
cauit. Immortalē animam, & post dissolutionē coporis
subsistente, qđ Pythagoras somnauit: Democritus no-
credidit; in cōsolationē damnationis suæ: Socrates dispu-
tauit in carcere, Indus, Persa, Gotthus, Aegypti⁹ philo-
sophantur. Bessorum feritas, & pellitorum turba popu-
lorum, qui mortuorū quondam inferis homines immo-
labant, stridorem suum in dulce crucis frēgerūt melos,
& totius mundi vna vox Christus est. Quid agimus ani-
ma? Quo nos vertimus? Quid primū assūmim⁹? Quid
racemus? Excederūt ne tibi præcepta rhetorum? occu-
pata luctu, oppressa lachrymis, præpedita singultibus,
dicendi ordinē non tenes? Vbi illud ab infantia studiū
literarū, & Anaxagoræ, ac Telamonis semper laudara
sententia: Sciebam me genuisse mortale. Legimus Crā-
torem, cuius volumen ad cōfouendū dolorem suum,
sequitur est Cicero. Platonis, Diogenis, Clytomachi,
Carneadis Posidonii ad sedandos luctus opuscula per-
currimus, qui diuersis ætatibus, diuersorū luctum, vel
libris, vel epistolis minuere iunt conati, ut etiam si no-
strum

EPITAPHIVM NEPOTIANI.

strum areret ingenium, de illorum posset fontibus irrigari. Proponunt innumerabiles viros, & maxime Periclem & Xenophonte Socraticum, quorum alter amissis duobus filiis, coronatus in concione disseruit: alter cū sacrificiis filium audisset oculum deposuisse coronam dicitur, & eandem capiti reposuisse: postquam foriter in acie dimicantem reperit concidisse. Quid memore Romanos duces, quorū virtutibus quasi quibusdā stellis, Latinæ micant historiæ: Puluillus capitolium dedicans, mortuū ut nunciabatur subito filium, se iussit abente sepeliri. L. Paulus septem diebus inter duorū exequias filiorū triumphas urbem ingressus est. prætermitto Maximos, Catones, Gallos, Pilones. Brutos. Scæuolas, Metellos, Scauros, Marisos, Crassos. Marcellos, atq; Aufidios, quorum non minor in luctu quam in bellis, virtus fuit, & quorū orbitates in consolationis libro Tullius explicauit, ne videar potius aliena quam nostra quæfuisse. Quāquam & hæc in fugillationem nostri breuiter dicta sint, si nō præstet fides quod exhibuit infidelitas. Igitur ad nostra veniamus. Non plangā cū Jacob & David filios in lege morientes, sed cū Christo in Euāgelio recipiam resurgentēs. Iudæorū luctus, Christianorum gaudiū est. Ad yesperam demorabitur fletus, & ad matutinū leticia. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Vnde & Moyses moriens plágitur, Iesus absq; funere & lachrymis in monte sepelitur. Quicquid de scripturis super lamentatione dici potest, in eo libro quo Paulam Romæ consolati sumus, breuiter explicauim⁹. Nūc nobis per aliam semitā ad cunctē locum perueniēdum est, ne videamur p̄trita & abolita quōdā calcare vestigia.

HIERONYMVS AD NELIODO.

Scimus quidē Nepotianū nostrum esse cum Christo. & sanctorum mixtū choris, quod hic nobiscū eminus rimabatur in terris, & estimatione quærebat, ibi viuente dominus dicere: Sicut audiuimus, sic & vidimus, in ciuitate domini virtutum, in ciuitate dei nostri, sed desiderium absentiae eius ferre non possumus: non illius, sed nostra vicem dolentes. Quanto ille felicior: tanto amplius nos in dolore: quod tali caremus bono. Flebant & sorores Lazarum, quem resurrectū nō querāt. Et ut veros hominis exprimeret affectus: ipse saluator plorauit quem resuscitatus erat. A postolus quoq; eius qui dixit: Cupio dissolui & esse cum Christo. Et alibi: Mihi vivere Christus est. & mori lucrū gratias agit, quod Epanphras de mortis sibi vicinia redditus sit, ne haberet tristitiam super tristitiā, non incredulitatis metu, sed desiderio charitatis. Quanto magis tu & alunculus & episcop⁹, hoc est, & in carne & in spiritu pater: doles abesse viscera tua, & quasi à te diuulsa suspiras? Sed obsecro, ut modum adhibeas in dolore, memor illius sententia: Ne quid nimis: Obligatoq; parum per vulnere, audias laudes eius cuius semp̄ virtute Lazarus es. Nec doleas, quod talē amiseris, sed gaudeas, quod talem habueris: Et sicut hi qui in breui tabella terrarū situs pingunt, ita in paruo isto volumine cernas adumbrata, nō expressa signa virtutum: Suscipiasq; à nobis non vires, sed voluntatem. Præcepta sunt rhetorū ut maiores eius qui laudandus est, & eorum gesta altius repetantur, sicutq; ad ipsum p grad⁹ sermo pueniat: quo videlicet, auctor paternisq; virtutib⁹ illustrior fiat, & aut non degenerasse à bonis, aut mediocres ip̄e ornasse videat. Ego carnis bona,

quæ

degenerare p̄ceptu significat
autem patrem obseruat
q; deum natus. Inquit capitulo
In vestrum magnam lumen

EPITAPHIVM NEPOTIANI.

quæ semp & ipse contépsit, in animæ laudibus non re-
quirám: Nec me iactabo de genere, id est, de alienis bo-
nis, cū Abrahā & Isaac sancti viri: Ismaelē, & Esau pecca-
tores genuerint. Et ē regione, lepre in catalogo iustorū,
Apostoli voce numeratus, de meretrice sít natus. Aia,
inquit, q̄ peccauerit, ipsa morietur. Ergo q̄ non peccau-
rit, ipa viuet. Nec virtutes, nec vitia parentu, liberis im-
putátur. Ab eo tempore célemur, ex quo in Christo rena-
scimur. Paul⁹ p̄sequitor ecclesiæ, & mane lupus rapax,
Beniamin, ad vesperā diuidit escā, Ananiae oīi submir-
tens caput. Igitur & Nepotianus noster, quasi infantu-
lus vagiens: & rudis puer, subito nobis, quasi de Iorda-
ne nascatur. Alius forsitan scriberet, quod ob salutē il-
lius orientē eremūq; dimiseris, & me charissimū sodalē
tuum, redeundi p̄ lactaueris, vt primū si fieri posset,
sororem cum paruulo viduā: deinde, si consiliū illa re-
spueret: saltē nepotē dulcissimū conferuares. Hic est
enim ille de quo tibi quondam vaticinatus sum: licet
paruulus ex collo pédeat ne pos. Referret, inqua, alius,
qd̄ in palati militia, sub chlamyde & cadenti lino, cor-
pus eius cilicio tritū sit, quod stans ante seculi poresta-
tes, lurida ieuniis ora portauerit, qd̄ adhuc sub alteri⁹
indumētis, alteri militauerit, & ad hoc habuerit cingu-
lū: vt viduis, pupillis, orphanis, oppressis, miserisq; sub-
ueniret. Mihi non placet dilationes istæ impfecte ser-
uitutis dei: Et ceturionē Corneliu: vt lego iustū: statim
audio baptizatū. Verūtamē velut incunabula quedam
nascētis fidei cōprobemus, vt qui sub alienis signis de-
uot⁹ miles fuit, donādus laurea sit, postquā suo regi cō-
perit militare. Baltheo posito habituq; mutato, q̄cquid.

HIERONYMVS AD HEIODO.

castrēsis peculii fuit: in pauperes qrogauit. Legerat eiñ: Qui vult perfectus esse: vendat omnia quæ habet, & aet pauperibus, & sequatur me. Et iterū: Non potestis duobus dominis seruire, deo & māmonx. Excepta vili tunica, & operimento pari, quo tecto tātum corpore, frigus excluderet, nihil sibi amplius reseruauit. Cult⁹ ipse, prōvinciæ niorē sequens, nec mundiciis, nec sordibus notabilis erat. Cūq; arderet quotidie, aut ad Aegypti monasteria pergere, aut Mesopotamiæ inuisere choros, vel certe insulatum Dalmatiæ, quæ Altino tātum fretō distant: solitudines occupare: auunculū pontificē deserte non audebat, tot in illo cernens exempla virtutū: domiq; habens vnde disceret. In uno atq; eodem, & imitabatur monachū, & episcopū venerabatur. Non, vt plerisq; accidere solet, assiduitas familiaritatem, familiaritas contemptū illius fecerat, sed ita cum colebat, quasi parentē: ita admirabatur, quasi quotidie nouum cerneret. Quid multa? Fit clericus, & p̄ solitos gradus presbyter ordinatur. Iesu bone, qui gemitus, qui ciulatus, q̄ cibi interdictio, quæ fuga oculorū omniū. Tum primū & solū auūculo iratus est. Querebatut se ferre nō posse, & iuuenilē ætate incongruam sacerdotio causabaſ. Sed quanto magis repugnabat, tanto magis in se studia omnium concitatbat: & merebatur negando, quod esse noblebat: coq; dignior erat, quo se clamabat indignum. Videlim⁹ Timotheū nostri tēporis, & canos in sapiētia, electūq; à Moysē presbyterū: quē ip̄e sciret esse presbyterū. Igīt clericatū nō honorē intelligēs, sed onus: ptimā curā habuit, vt humilitate suparet inuidiā. Deinde vt nullā obscoeni in se rumoris fabulam daret, vt qui mordebant ad

EPITAPHIVM NEPOTIANI.

tur ad pietatem eius, stuperent ad continentiam, subuenire pauperibus, visitare languentes, prouocare hospitio, lenire blanditiis, gaudere cum gaudetibus : flere cum fletibus. Cæcorum baculus, esurientium cibus, spes misericordiæ, solamen lugentium fuit. Ita in singulis virtutibus eminebat, quasi cæteras non haberet. Inter presbyteros & coæquales, primus in ope, extremus in ordine. Quicquid boni fecerat, ad aunculum referebat. Si quid forte aliter euenerat quam putarat, illum nescire, se errasse dicebat. In publico episcopum, domi patrem nouerat: gravitatem morum, hilaritatem frontis temperabat. Gaudiū in risu, nō cachinū intelligeres. Virgines & viudas Christi, honorare ut matres, hortari ut frères, cū omni castitate. Iam vero postquam dominum se contulerat, & relicto foris clero, durius se tradiderat monachorum: creber in orationibus: vigilas in precado. Lachrymas deo, non hominibus offerebat, iejunia in aurigæ modum proflassitudine & viribus corporis attemporabat. Menses auunculi intererat, & sic apposita quæque libabat, ut superstitionem fugeret, & continentiam seruaret. Sermo eius per omne coniunctum de scripturis aliquid proponere, libenter audire, respondere verecude, recta suscipere, praua non acriter confutare, disputantem contra se magis docere, quam vicere. Et ingenio pudore, qui ornabat æratem, quid cuius esset, simpliciter confiteri. Atq; in hunc modum eruditionis gloriam declinando, eruditissimus habebatur. Illud, aiebat, Tertulliani, illud Cypriani, hoc Lactatii, illud Hylarii est. Sic Minuti⁹ Felix : ita Victorinus, in hunc modum est loquutus Arnobius. Me quoque, quia profosalitate auunculi diligebat interdum pro-

HIERONYMVS AD HELIODO.

serebat in medium. Lectioneq; assidua, & meditatione
diurna: pectus suū bibliothecā fecerat Christi. Quo-
tiens ille trāsinarinis epistolis deprecatus est, ut aliquid
ad se scriberē? Quotiens nocturnū de Euāgelo petito-
rem, & īterpellatricē duri iudicis mihi viduā exhibuit?
Cumq; ego silērio magis quām literis denegarē, & pu-
dore reticentis, pudorem suffunderē postulantis: auun-
colum mihi opposuit precatorē, qui & liberius pro alio
peterer, & pro reuerētia sacerdotii facilius īpetraret. Fe-
ci ergo qđ voluit, & breui libello, amicitias nřas æter-
næ memoriae cōlectavi. Quo suscepto, Croesi opes, &
Darii diuitias se vicisse iactabat. Illum oculis, illū ma-
nibus, illum sinu, illum ore tenebat. Cūq; in stratu fre-
quēter euolueret, super pectus soporati, dulcis pagina
decidebar. Si vero peregrinorū, si amicorū quispiā vene-
rat, letabatur nostro super se testimonio. Et qcquid mi-
nus in opusculo erat, distinctione moderata, & pronun-
ciationis varietate pēsabat, ut in recitando illo, ipse vel
placere quotidie, vel displicere videretur. Vnde hic fer-
uor, nisi ex amore dei? Vnde legis Christi indēfessa me-
ditatio, nisi ex desiderio cius qui legēm dedit? Alii nū-
mum addant nummo, & marsupium suffocantes: ma-
tronarum opes venētur obsequiis: sint ditiores mon-
chi, quā fuerant seculares: possideant opes sub Christo
paupere, quas sub locuplete diabolo non habuerant: &
suspireret eos ecclēsia diuites, quos tenuit mundus ante
mēdicos. Nepotianus noster aurū calcās, schedulas cō-
fectatur. Sed sicut sui in carne contēptor est, & pauper-
itate īcedit ornatior: ita torū animaꝝ inuestigat ornatū.
Ad cōparationem quidem superiorum modica sunt,

quæ

EPITAPHIVM NEPOTIANI.

quæ dicturi sumus, sed & in paruis idem animus ostenditur. Ut enim creator non in coelo tatum miramur, & terra, sole, oceano, elephantis, camelis, equis, bubus, pardis, vrsis, leonibus, sed & in minutis quoq; aialibus formica, culice, muscis, vermiculis, & istiusmodi genere, quoru magis scim corpora quam nomina, candeq; in cunctis veneramur solertia: ita mens christo dedita, æque & in maioribus, & in minoribus intenta est, sciens etiam pro ocioso verbo, reddendam esse rationem. Erat ergo solicitus, si niteret altare, si parietes absq; fuligine, si paumenta terfa, si ianitor creberet in porta, vela semp in ostiis, si sacratiu mundu, si vas a luce lenta, & in omnes ceremonias pia solicitude disposita, non minus, non maius negligebat officium. Vbicunq; cum querentes, in ecclesia inueniretes. Nobile virum. Q. Fabium miratur antiquitas, qui etiam Romanæ scriptor historiæ est, sed magis ex pictura quam ex literis nomen inuenit: & Beslehel nostrum plenum sapietia & spiritu dei, scriptura testatur. Hiram quoq; filium mulieris Tyriæ, qd alter tabernaculi, alter templi supellectilem fabricati sint. Quomodo enim lætæ segetes & vberes agri, interdum culmis, aristisq; luxuriat: ira præclara ingenia, & mens plena virtutibus, in variarum artium redudat elegantiæ. Vnde & apud. Græcos philosophus ille laudatur, qui omne quo uteretur usq; ad pallium & anulum, manus sua factum gloriatus est. Hoc idem possumus, & de isto dicere qui basilicas ecclesiæ, & martyrum conciliabula, diuersis floribus, & arborum comis, vitiumq; pampinis adumbravit, ut quicquid placebat in ecclesia, tam dispositione quam visu: presbyteri laborem,

HIERONYMVS AD HELIODO.

& studium testaretur. Ma&te virtute, cuius talia principia, qualis finis erit? O miserabilis humana conditio, & sine Christo vanū omne quod viuimus. Quid te subtrahis? quid tergiuersatis oratio? quasi enim mortem illius differre possimus, & vitam facere lōgiorē, sic timemus ad vltimum peruenire. Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Vbi nunc decora illa facies, vbi toti⁹ corporis dignitas, quo veluti pulchro indumento, pulchritudo anime vestiebat? Marcescebat proh dolor frāte austro liliū, & purpura violæ, in pallorem sensim migrabat. Cumq; febris æstuaret, & venarū fontes hauriret calor, lasso anhelitu tristem auūculum consolabatur. Lætus erat vultus, & vniuersis circa plorantibus, solus ipse ridebat. Proiicere palliū, manus extendere, videre quod alii non videbant, & quasi in occursum se erigens, salutare venientes. Intelligeres illum non emori, sed emigrare & mutare amicos, non relinquere. Voluntur per ora lachrymæ, & obfirmato animo, nō queo dolore dissimulare quem patior. Quis crederet in tali illum tempore nostre necessitudinis recordari, & luctante anima, studiorū scire dulcedinē? Apprehensa auunculi manū, hanc, inquit, tunica qua vtebar in ministerio Chrtisti, mitte dilectissimo mihi, ætate patris, fratri collegio, & quicquid à te nepoti debebat affectus, in illum transfer, quem mecum pariter diligerbas. Atq; in talia verba defecit, auunculi manū, mei recordatione cōrectans. Scio, quod nolucis amore in tecum sic probare, & affectū patriæ magis quæsisse in prosperis. Sed huiuscmodi officiū, in bonis iucundius est, in malis gratius. Tota hūc ciuitas, tota plaxit Italia.

Corpus

EPITAPHIVM NEPOTIANI.

Corpus terra suscepit, anima Christo redditā est. Tu ne-
potēm quārēbas: Ecclesia sacerdotem. Præcessit te suc-
cessor tuus. Quod tu eras, ille post te iudicio omnium
merebatur. Atq; ita ex vna domo duplex pontificatus
egressa est dignitas, dū in altero gratulatio est, quod te-
nuerit: in altero moror, qđ raptus sit, ne teneret. Pla-
tonis sentētia est, omnem sapientiū vitam, meditatio-
nem esse mortis. Laudant hoc philosophi, & in cœlum-
vsq; ferūt. Sed multo fortius A postolus: Quotidie, in-
quit, morior per gloriam nostrā. Aliud est enim conari,
aliud agere: aliud vivere moriturum, aliud mori vltu-
rum. Ille moriturus est ex gloria, iste moritur semper ad
gloriam. Debemus igitur, & nos animo p̄xmeditari,
quod aliquādo futuri sumus: & quod velimus nolim⁹;
abesse longi⁹ non potest. Nam si nongētos vitæ exce-
deremus annos, vt ante diluvium viuebat humanū ge-
nus, & Mathusalē nobis tēpora donārētur: tamen nihil
esset præterita lōgitudo, quæ esse desisset. Etenim inter
eum qui decem vixit annos, & eum qui mille: postquā
idem vitæ finis aduenerit: & irrecusabilis mortis neces-
sitas, transactum omne tantudem est: nisi quod senex
magis onustus peccatorū fasce p̄fiscitur. Optima qđ;
dies miseris mortalibus xui, Prima fugit, subeunt mor-
bi, tristisq; senectus. Et labor, & dure rapit: inclemētia
mortis. Neuius poeta: Pati, iqnit, necesse est multa mor-
tale mala. Vnde & Niobā, quia multum fleuerit, in la-
pidē & diuersas bestias comutatā finxit: antiquitas. Et
Hesiodus natales hominū plangens, gaudet in funere,
prudēterq;. Enni⁹ Plebes, ait, in hoc regi antestat loco,
licet Lachrymare plebi, regi honeste nō licet. Vt regi,

HIERONYMVS AD HELIODO.

Sic episcopo, in modo minus episcopo quam regi. Ille enim nolentibus praest, hic volentibus: ille terrore subducit, hic seruituti donat: ille corpora custodit ad mortem; hic animas seruat ad vitam. In te oculi omnium diriguntur; domus tua, & conuersatio, quasi in specula constituta, magistra est publicae disciplinae. Quicquid feceris, ad sibi omnes faciendum putent. Caeue ne committas, quod aut qui reprehendere volunt, digne lacerasse videantur; aut qui imitari, cogantur delinquere. Vincere quantum potes, in modo plus quam potes, mollieiem animi tui, & vobetum fluentes lachrymas reprimere, ne grandis pietas in nepotem, apud incredulas mentes, desperatio puretur in deum. Desideratus est tibi quasi absens, non quasi mortuus: ut illum expectare, non amississe videaris. Verum quid ago: medes dolori quem iam reor, & tempore & ratione sedatum, ac non potius replico tibi vicinas regum miseras, & nostri temporis calamitates: ut non tam plangendus sit, qui haec luce caruerit, quam gratulandum ei, qui de tantis malis euaserit? Constantius Arianus fautor hereticos, dum contra inimicum paratur: & concitus fertur ad pugnam: in Mopsi viculo moriens, magno dolore hosti reliquit imperium. Julianus proditor animae suae, & Christiani iugulator exercitus, Christum sensit in Media; quem primium in Gallia denegarat, dumque Romanos propagare vult fines, perdidit pro pagatos. Ioulianus gustatis tantum imperialis bonis, ferore prunatum suffocatus interiit: ostendens omnibus, quid sit humana potentia. Valentinianus vastato genitali solo, & inulta patiam derelinquens, vomitu sanguinis extinctus est.

Huius

EPITAPHIVM NEPOTIANI.

Hui^o german^o valēs Gotthico bello vi^{ct}us in Thracia;
cundem sōcum & mortis habuit, & sepulchri. Gratian^o
ab exercitu suo proditus, & ab obuiis vrbibus non rece-
ptus, ludibrio hosti fuit, cruentaq; manus vestigia, pa-
rietes tui Lugdune testantur. Adolescens Valentiniān^o
& penē puer, post fugam, post exilia, post recuperatum
multo sanguine īperiū, haud procul ab vrbē fraternæ
mortis conscientia, necatus est, & cadaver exanimis suspen-
dio infamatum: Quid loquar de Procopio, Maximio,
Eugenio, qui vtiq; dum rerum potirentur, territi gen-
tibus erant? Omnes capti stererunt ante ora victorum,
& (quod potentissimi squodam, miserrimum est) prius
ignominia seruitutis, quā hostili mucrone cōfossi sunt.
Dicat aliquis: Regum talis conditio est, feriuntq; suim-
os fulgura montes. Ad priuaras veniam dignitates,
nec de his loquar qui biennium excedunt, atque, ut cæ-
teros pretermittam, sufficit nobis trium nuper consu-
larium diuersos exitus scribere. Abundantius egens Py-
tyunte exulat: Ruffini caput pilo Constantinopolim
gestatum est, & abscissa manus dextera ad dedecus insa-
tiabilis auariciæ, ostiatim stipem mendicauit. Timo-
sius præcipitatus repere de altissimo dignitatis gradu,
euasisse se putat, quod Assæ vivit inglorius. Nō calami-
tates miserorū, sed fragilem humanæ conditionis nar-
ro statum. Horret animus temporum nostrorum rui-
nas persequi. Viginti & eo amplius anni sunt, quod in-
ter Constantinopolim, & alpes Iulias, quotidie Romā-
nus sanguis effunditur. Scythiam, Thraciam, Macedo-
niā, Dardaniā, Daciam, Thessalonicam, Achaiam,
Epiros, Dalmatiā, cunctasq; pannionias; Gotthus,

HIERONYMVS AD HELIODO.

Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni. Yuādali, Marcomāni, vastant, trahunt, rapiunt. Quot matronæ, quot virginis dei, & ingenua nobiliaq; corpora, his beluis fuere. ludibrio? Capti episcopi, itefeceti presbyteri, & diuersorum officia clericorū. Subuersæ ecclesiæ, ad altaria Christi stabulati equi, martyrū effossa reliquæ. Vbiique Iustus, vbiq; gemitus, & plurima mortis imago. Roman⁹, orbis ruit, & tamen ceruix nostra erecta non flectitur. Quid putas nunc animi habere Corinthios, Athenienses, Lacedemonios, Areadas, cunctamq; Græciam, quibus imperant barbari? Et certe paucas vrbes nominaui, in quibus olim fuere regna nō modica. Immuniſ ab his malis videbatur oriens, & tantū nunciis cōsternatus. Ecce tibi anno p̄terito ex ultimis Caucasi rupibus immisso in nos, non iam Arabia, sed septentrionis lupi, tātas breui prouincias p̄curretūt. Quot monasteria capta? Quantæ fluuiorū aquæ humano cruore mutantæ sunt? Obsessa Antiochia, & vrbes reliquæ, quas Halis, Cydnus, Orotites, Euphratesq; præterfluent: Tracti greges captiuorū: Arabia, Fœnice, Palæstina, Aegyptus timore captiua. Nō mihi si linguae centū sint, oraq; centū: Fertea vox: Oia poenarū percurrere nomina possim. Neq; enim historiā proposui scribere, sed nostras breuiter acere miserias. Alioquin ad hæc merito explicanda, & Thucydes & Salustius muti sint. Felix Nepotian⁹, qui hæc nō vider, felix qui hæc nō audit. Nos miseris, qui aut patimur, aut patientes fratres nostros tāta perspicim⁹. Et tamē viuere volumus, eosq; qui his catēt, fiendos potius quā beatos putam⁹. Olim offendit sentimus, nec placat dēum. nostris peccatis barbari fortes sunt. Nostris virtutis Ro-

manus

EPITAPHIVM NEPOTIANI.

manus superatur exercitus, & quasi non hæc sufficerent
cladibus, plus penè bella ciuilia quā hostilis mucro cō-
sumpsit. Miseri istaelite, ad quorum cōparationē Na-
buchodonosor seruus dicitur. Infelices nos, qui tātum
displicemus deo, ut per rabiem barbarorū, illius in nos
ita desauiat, Ezechias agit pœnitentiā, & centum octo-
ginta quinq; milia Assyriorū ab uno angelo, vna nocte
deleta sunt. Iosaphat laudes domini concinebat, & dñs
pro laudantie superabat. Moyses contra Amalech, non
gladio, sed oratione pugnauit. Si erigi volumus, proster-
namur. Proh pudor, & stolidus vsq; ad īcredulitatē mēs.
Roman⁹ exercitus, vietor orbis & dominus: ab his vin-
citur, hos pauet, horū terretur aspeccu, qui ingredi nō
valent. Qui si terrā retigerint, se mortuos arbitrātut. Et
non intelligimus prophetarū voces: Fugiēt mille uno
persequēte? Nec aī putamus causas morbi, vt morbus
pariter auferatur: statimq; cernamus sagittas, pilis: tia-
ras, galeis: caballos, equis cedere. Excessimus cōsolan-
di modum, & dum vnius morte flere prohibemus, to-
tius orbis mortuos planximus. Xerxes ille rex potentissi-
mus, qui subuertit mótes, māria cōstrauit: cū de sub-
limi loco infinitā hominū multitudinē, & innumerabilem
vidisset exercitū: flesse dicitur, quod post centū
annos nullus eorum: quos tunc cernebat, superfuturus
esser. O si possemus in talē ascēdere speculā, de qua vni
uersam terram sub nostris pedibus cerneremus. Iam ti-
bi ostenderem totius orbis ruinas, gētes gentibus, & re-
gnis regna collisa, alios torqueri, alios necari, alios ab-
sorberi fluctib⁹, alios ad seruitutē trahi: hic nuptias, ibi
planetū: illos nasci, istos mori, alios affluere delitiis,

HIERONYMVS AD HELIODO.

alios mendicare: & non Xerxis tantum exercitum, ita
totius mundi homines qui nunc viuunt, in preui spa-
cio defuturos, Vincitur sermo rei magnitudine, & min-
est omne quod dicimus. Redeam⁹ igitur ad nos, & qua-
si è cœlo descendentes, paulisper nostra videamus. Sen-
tis ne obsecro te, quando infans, quando puer, quando
iuvensis, quando robustæ ætatis, quādo senex factus sis.
Quotidie morimur, quotidie com muramur, & tamen
æternos nos esse credim⁹, Hoc ipsum quod dicto, quod
scribitur, quod relego, quod emendo de vita mea tolli-
tur, Quod puncta notarii tot memorū damina sunt tem-
porum. Scribimus atq; rescribimus, trascunt maria epi-
stolæ, & scindentæ sulcum carina, per singulos fluctus.
ætatis nostræ momenta minuuntur. Solūm habemus.
lucri, quod Christi nobis amore sociamur. Charitas pa-
tiens est, benigna est: charitas nō zelatur, non agit per-
peram, nō inflatur, omnia sustinet, omnia credit, om-
nia sperat, omnia parit. Charitas nunquam excidit.
Hæc semper viuit in pectore, ob hanc Nepotianus no-
ster absens præsens est, & per tanta terrarum spacia di-
uisos, utraq; cōpleteatur manu. Habemus mutuæ obser-
dem charitatis. Iungamur spiritu: stringamur affectu,
& fortitudinem mentis, quam beatus papa Chromati⁹
ostēdit in dormitione germani, nos imitemur in filio,
Illum nostra pagella decātet, illum nostræ literæ
sonent. Quem corpore non valemus, recor-
datione teneamus. Et cum quo loqui
nō possumus, de eo loqui nun-
quam desinamus.

DE VIVENDI FORMA
HERONIMVS RVSTICO MONA-
CHO VIVENDI FORMAM
PRAESCRIBIT,



hil Christiano felicius, cui promitti-
ur regnum celorum. Nihil laboriosius
qui quotidie de vita periclitatur. Nihil
fortius, qui vincit diabolum. Nihil im-
becillus, qui à carne superat. Vtiusq;
rei exempla sunt plurima. Latro cre-
dit in cruce, & statim ineretur audire:
Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradyso. Iudas
de apostolat⁹ fastigio, in perditionis tartarū labitur, &
nec familiaritate cōuiuii, nec int̄ictione buccellæ, nec
osculi gratia frangitur: ne quasi hominē tradat, quem si
liūm dei nouerat. Quid samaritana vilius? Nō solum
ipsa eredit, & post sex viros vnum inuenit dominū:
Messiāq; cognovit ad fontem, quēm Iudæorū populus
ignorabat; sed & autor sit salutis multorū, & a apostolis
ementibus cibos, esurientē reficit, lassumq; sustentat,
Quid Solomone sapiēti⁹? Attamē infatuatur a moribus
mulieruin. Bonū est sal, nullumq; sacrificiū absq; huī⁹
aspersione suscipit. Vñ & A postolus p̄cipit: Sernio ve-
ster semp̄ in grātia sale sit cōditus. Qd̄ si infatuatur, fo-
ras proiicitur: in tantūq; perdit noīs dignitatē, vt ne in
sterquilimū quidē vtile sit: quo solent credentiū arua
cōdiri, & sterile aīatū solū pingue scere. Hæc dicimus, ve
priā tc̄ fili Rustice frōte doceam⁹, magna coepisse, & ex-
celsa sectari: & adoleſcētiā in m̄ pubertatis icētiua calcā-
tē: pfecte qdē aetatis gradū scādere: sed lubricū iter esse.

HIERONYMVS AD RVSTICVM.

per quod ingredieris: nec tantū sequi gloriæ post victoriā, quantum ignominia post ruinā. Non mihi nūc per virtutum prata ducēdus est triuulus: nec laborandū vt ostēdam tibi variorum pulchritudinē florū: quid in se lilia habeant puritatis: quid rosa verccuudiæ possideat: quid violæ purpura promittat in regno: quid rutilantium spondeat pictura gemmarū, lam enim propitiatio deo, stiuam tenes. lam tectum atq; solariū cū Petro apostolo cōscendisti: qui esuriens in Iudæis, Cornelii saturatur fide: & famem incredulitatis eorum, gentiū cōuersione restinguuit: atq; in vase euangeliorū quadrāgu-lo: quod de cœlo descendit ad terrā, docetur & discit oēs hoīes posse saluari. Rursumq; qđ viderat: in specie cādīssimi linteaminis in superna transfertur: & credentium turbam de terris ad cœlū rapit: vt pollicitatio domini cōpleatur: Beati muudo corde: quoniā ipsi deum videbunt. Torum quod apprehensa manu insinuare cibi cupio, quod quasi doctus nauta, rudē conor instruere vectorem: illud est, vt in quo littore pudicitiæ pirata sit noueris, vbi Carybdis & radix omniū malorū auaria, vbi Scyllæ obtrētatorū canes, de quibus Apostol loquitur: Ne mordentes inuicem, mutuo consumamini, quomodo in media tranquillitate securi. Lybicis iterum vitiorū Syrtib⁹ obruumur, quid venenatorū animalium desertū huius seculi nutriat. Nauigantes rubrū marc, in quo optandū, nobis est, vt verus Pharaonum suo mergatur exercitu: multis difficultatib⁹ ac periculis ad urbem maximā perueniunt. Vtq; in littore gentes vagæ imò beluae habitant ferocissimæ. Seimp soliti: semp armati totius anni vehūt cibaria. Latentib⁹

saxis

DE VIVENDI FORMA,

saxis vadisq; durissimis plenā sunt omnia, ita ut speculator doctus in summa mali arbore sedeat, & inde regēde & circū fleſtende nauis dictata predicit. Felix curius est, si post sex menses supradiete vrbis portum teneant à quo se incipit aperire oceanus: per quē vix anno per̄ tuo ad Indiam peruenitur, & ad Gangē fluuium (quem Phison sancta scriptura cōmemorat) qui circumit rotā terram Euilath, & multa genera pigmentorū de paradi si dicitur fonte deuehere. Vbi nascit carbuinculus & smaragdus: & margarita candentia, & vniones quibus nobis hūm fœminatū ardet ambitio: móresq; aurei: quos ad te propter gryphas & dracones, & immensorum corporū monstra, hominibus impossibile est: vt ostendatur nobis: quales custodes habeat auaricia. Quorsū ista? Perspicuum est, si negotiatorēs seculi, tāta sustinēt, vt ad incertas periturasq; diuitias perueniat, & seruent cum anime discriminē, quæ multis periculis querierunt: quid Christi negotiatori faciendū est: qui venditis omnibus quærit p̄ciosissimū margaritū? qui totis substantiæ sue opib⁹ emit agrū, in quo reperiāt thesaurū, quem nec fur effodere, nec latro possit auferre? Scio me offensurum esse quam plurimos: qui generalē de vitiis disputationem, in suā referunt contumeliam. Et dum mihi irascūtur: suam indicant conscientiā: multoq; p̄eius de se, quam de me iudicat. Ego enim nemine nominabo: nec veteris comedie licetia, certas personas eligā atq; perstringam. Prudētis viri est, ac prudentiū fœminatū dissimulare: imò emēdere quod in se intelligant, & indignari sibi magis quam mihi: nec in monitorē maledicta cōgerere. Qui etsi iisdem teneatur criminibus,

HIERONY. AD RVSTI. MONA.

certe in eo melior est, qđ sua ei mala non placent. Au-
dio religiosam te habere matrem, multorū annorū vi-
duā, que aluit, quæ erudiuit infantē: ac post studia Gal-
liarū, quæ vel florētissima sunt: misit Romanam, nō par-
eens sum pribus, & absentiā filii, spe sustinē futurorū,
vt vbertatem gallici nitoremq; sermonis grauitas Ro-
mana condiret: nec calcatibus in te, sed frenis vteretur,
quod & in disertissimis viris Græciæ legimus, qui Asia-
num tumorem Attico siccabant sale, & luxuriantes fla-
gellis vineas, falcibus reprimebant, vt eloquentiæ tor-
cularia, non verborū pampinis, sed sensuum quasi vua-
rum expressionibus redundaret. Hanc tu suspice, vt pa-
rentem: ama, vt nutricē: venerare, vt sanctā. Nec alio-
rum imiteris exemplū: qui relinquunt suas: & alienas
appetunt: quorum dedecus in propatulo est, sub nomi-
nibus pietatis: quærentiū suspecta consortia. Noui ego
quasdam iam maturioris ætatis, libertini generis ado-
lescentibus delectari, & filios quærere spirituales: paula-
timq; pudore superato, si &ta matrūm nomina erumpre
re in licentiā maritalē. Aliæ sorores virginēs deserunt,
& externis viduis copulantur. Sunt quæ oderunt suos,
& non suorum palpātur affectu: quatum impatientia,
index animi, nullam recipit excusationē: & cassa impur-
dicitiæ, velamenta: quasi aranearum fila dirumpit. Vi-
deas nonnullos accinētis renibus, pulla tunica, barba
plixa, à mulieribus nō posse discedere, sub codē mane-
re tecto, simul initē cōiuia: ancillas iuuenes, habere in
ministerio, & præter vocabulum nuptiarū, omnia esse
matrimonii. Nec hæc culpa est Christiani nominis, si
simulator religionis in vitio sit; Quinimò confusio gē-
tilium,

DE VIVENDI FORMA.

tilium, cum ea videt ecclesiis displicere, quæ omnibus bonis non placent. Tu vero si monachus esse vis, nō videri: habeto curam: non rei familiaris: cui renuncian do: hoc esse cœpisti: sed animæ tuæ. Sordidæ vestes, can didæ mentis indicia sint: vilis tunica, contemptū seculi probet: ita dumtaxat, ne animus tumicat: ne habitus sermōque dissentiant. Balnearum fomenta nō querat, qui calorem corporis, ieiuniorum cupit frigore extingue. Quæ & ipsa moderata sint: ne nimia, debilitent stomachum: & maiorem refectionē poscentia, erūpant in cruditatē: quæ patens libidinum est. Modicus ac temperatus cibus, & carni & animæ utilis est. Matrē ita vide, ne per illam alias videre cogaris: quarum vultus cordi tuo hærecat, & tacitum viuat sub pectore vulnus. Ancillas quæ illi in obsequio sunt: tibi scias esse in insidiis. Quia quanto vilior earum conditio: tanto facilior est tuina. Et Ioannes Baptista sanctam matrem habuit, pontificisq; filius erat: & tamen nec matris affectu, nec patris opibus vincēbatur, ut in domo parētum cum periculo viueret castitatis. Viuebat in cremo, & oculis desiderantibus Christum, nihil aliud dignabar ut aspicer. Vestis aspera: zona pellicea, cibus locusta, melq; syl uestræ, omnia virtuti & cōtinētiæ præparata. Filii p phe tarū (quos monachos in veteri testamēto legimus) ædificabant sibi casulas propter fluenta Iordanis, & turbis urbium derelictis, polenta & herbis agrestibus videtabant. Quandiu in patria tua es: habeto cellulam pro paradiso: varia scripturarū poma decerpe, his vtere deliciis: harum fruere complexu. Si scandalizat te oculus, pes, man⁹, piice ea. Nulli parcas, ut soli patcas animæ,

HIERONY. AD RVSTI. MONA.

Qui viderit, inquit dominus, mulierē ad concupiscentiam eam, iam moeclatus est ēā in corde suo. Quis ḡo riabitur castum se habere cor? Astra non sunt mundata in conspectu dñi: quanto magis homines, quorum vita tēratio est: Vt̄ nobis q̄ quoties cōcupiscimus, tories forniciamur. Inebriat⁹ est, inquit, gladius meus in cœlo: multo amplius in terra, que spinas & tribulos generat. Vt̄ electionis, in cuius ore Christus resonabat: macerat corpus suum, & subiicit seruituti, & tamen cernit naturale carnis ardorem, sūḡ repugnare sententia, ut quod non vult, hoc agere cōpellatur, & quasi vim patiens, vocifertatur & dicit: Misericordia homo, quis me liberabit de corpore mortis huius: Et tu te arbitraris absq; lapsu, & vulnere posse trāsire: nisi om̄ni custodia seruaueris cor tuū, & cū salvatore dixeris: Mater mea & fratres mei hi sunt, qui faciunt voluntatē patris mei? Crudelitas ista, pietas est. Imò quid tam piūm, quām sancta matri sanctū filium custodire? Opat & illa te viuere, & non videre ad tēpus. vt semp cū Christo videat. Anna Samuelem, nō sibi, sed tabernaculo genuit. Filii Ionadab, qui vinū & si ceri non bibeant: qui habitabant in tentoriis, & quas nox compulerat, sedes habebant: scribunt in psalmo, qđ primi captiuitatē sustinuerint, qui ab exercitu Chal dorum vastante Iudeā, vrbes introire compulsi sunt. Viderint quid alii sentiant. Vnusquisq; enim suo sensu ducitur. Mihi oppidū carcer: & solitudo paradisus est. Quid desideranūs vrbium frequentiā, qui de singularitate censemur? Moyses vt p̄cesset populo Iudeorū, quadraginta annis eruditur in eremo: pastor oviū, hominum factus est pastor. A postoli de p̄ficatione lacus Genezareth,

DE VIVENDI FORMA.

nezareth, ad piscationē hominū transierunt. Tunc ha-
bentes paupērē, rhetē, nauiculam, sequuti dominū, proti-
nus omnia reliquerunt, portātes quotidie crucē tuam,
& ne virgam quidē in manu habentes. Hęc dico, vt etiā
si clericatus te titillat desiderium: discas quod possis do-
cere, & rationabilē hostiam offeras Christo, ne miles an-
teq; tyro, ne prius magister sis, q̄d discipulus. Non est hu-
militatis meæ, neq; mensuræ, iudicare de clericis, & de
ministris ecclesiariū si nistrū quippiā dicere. Habeant il-
li ordinē & gradū suum, quem si tenueris, quomodo ti-
bi in eo videndū sit: æditus ad Neporianū liber, docere
te poterit. Nunc monachi incunabula, moresq; disci-
tum us, & eius monachi, qui liberalibus studiis eruditus
in adolescentia: iugum Christi collo suo imposuit. Pri-
mūq; tractandū est, vtrum solus an cum aliis in mona-
sterio viuere debeas. Mihi quidē placet, vt habeas san-
ctorum contuberniū: nec ipse te doceas; & absq; docto-
re ingrediaris viam, quā nunq; ingressus es: statimq; tibi
in partem alterā declinandū sit, & erroti patreas: plusq;
aut minus ambules, q̄ necessē est: ne aut currēs lasseris:
aut moram faciens, obdormias. In solitudine sito, sub-
rexit superbia: Et si parūpericiuinariit, hominēq; nō vi-
derit, purat se alicui' esse momēti. Oblitusq; sui vnde,
& quo venerit: intus corde: lingua foris vagatur. Iudicat
contra Apostoli voluntatē alienos seruos, quo gula vo-
luerit, porrigit manum: dormit quantum voluerit: nul-
lum veretur; facit quod voluerit: oēs īferiores se putat:
crebriusq; in urbibus, quām in cellula est: & inter fra-
tres simulat verecundiā, qui platearū turbis colliditur.
Quid igitur? Solitatiā vitam reprehēdimus? Minime:

HIERONY. AD RVSTI. MONA.

qui ppe quā s̄epe laudauimus. Sed de ludo monastetiorum, huiuscemodi volum⁹ egredi milites : quos eremi dura rudimenta non terreat: qui specimen cōuersationis suę, multo tēpore dederint: qui omniū fuerint minimi: ut primi omniū fierēt: quos nec esurie aliquādo, nec saturitas supauit: Qui paupertate lætatur : Quorū habitus, sermo, vultus, incessus, doctrina virtutum est: Qui nesciunt secundū quosdā ineptos hoīes, dæmoniā pugnantiū contrā se portenta, cōfigere: ut apud impenititos & vulgi hoīes, miraculum sui faciant, & exinde luxuria sectētur. Vidi mus nuper & planxim⁹, Croesi opes vnius morte deprehensas: vrbisq; sti pes, quasi in usus pauperū congregatas, stirpi & posteris derelictas. Tunc ferrum quod latebat in profundo supernatauit aquæ, & iter palmarū arbores, myrrhe amaritudo mōstrata est. Nec mirum: talem & sociū & magistrū habuit: qui egenitū famem, suas fecit esse diuitias: & miseris derelicta, in suam reseruauit miseriā. Quorū clamor tandem peruenit ad cœlum, & patientissimas dei vicit aures, vt missus angelus pessimus, Nabal Carmelo diceret: Stulte hac nocte auferent animā tuam à te, quæ autē præparasti, cuius erūt? Volo ergo te, & ppter causas quas supra exposui, non habitare cū matre: & præcipue, ne aut offarentem delicatos cibos, renuendo contristes: aut si accepis, oleum igni adiicias: & inter frequentiā puellarū per diem videoas, qđ nocte cogites. Nunquā de manu & oculis tuis recedat liber: discatur psalteriū ad verbum, oratio sine intermissione, vigil sensus, nec vanis cogitationib⁹ patens. Corpus pariter & animus tendat ad dominū. Iram vince patientia: Amā scientiā scripturarū, & carnis

DE VIVENDI FORMA.

& carnis vitia nō amabis. Nec vacet mēs tua variis per-
turbationib⁹. Quæ si pectori insederint, dñabūtur tui:
& te deducent ad delictū maximū. Facito aliquid ope-
ris: ut te semp̄ diabolus inueniat occupatum. Si aposto-
li habētes potestatē de euangelio viuere, laborabāt ma-
nibus suis, ne quem grauat̄: & aliis tribuebant refrige-
ria, quorum pro spiritualibus debebāt metere carnalia,
cur tu in vsus tuos cessura non præpares? Vel fiseelā re-
xe iunco, vel canistrū lentis plec̄te viminibus: sariatur
humus, areolæ aequo limite diuidant̄: In quibus cū ole-
rum iacta fuerint semina, vel plātæ per ordinē positæ:
aquæ ducātur irriguæ, ut pulcherrimorū versuum spe-
ctator assistes. Ecce supcilio, cliuosi tramitis vndam.
Elicit, illa cadēs raucū per lœvia murmur. Saxa ciet, sca-
tebrisq; arentia téperat arua. Inserantur infruetuosæ ar-
bores, vel gémis, vel surculis: vt paruo post tépore, labo-
ris tui dulcia poma decerpas. Apum fabricare aluearia,
ad quas te mittunt Solomonis prouerbia, & monaste-
riorum ordinem, ac regiam disciplinā, in paruis disce-
corporibus. Texantur & lina capiēdis piscibus, scriban̄
libri, vt & manus operetur cibum, & animus lectione sa-
turet. In desideriis est omnis ociosus. Aegyptiorū mo-
nasteria hūc morem tenent, vt nullum absq; operis la-
bore suscipiant, non tam propter victus necessitatem,
quām propter animæ salutem. Ne vagetur pernicioſis
cogitationibus mens, & instat fornicantis Hierusalem,
omni trāfēunti diuaricet pedes suos. Dum essem iuue-
nis, & solitudinis me deserta vallarent: incendiua vicio-
rum ardoremq; naturæ ferre non poteram; quēm cum
crebris ieiuniis frangerem: mens tamen cogitationibus

HIERONY. AD RVSTI. MONA.

stuabat. Ad quam edomandam: cuidam fratri, qui ex Hebræis crediderat: me in disciplinā dedi, ut post Quintiliani acumina, Ciceronis fluios, grauitatēq; Frontonis, & lenitatem Plinii, alphabetū discerē, & stridētia anhelatiaq; verba meditarer. Quid ibi laboris insumpserim, quid sustinuerim difficultatis, quoties desperauerim, quotiesq; cessauerim, & contētione discedi rursus incepserim: testis est conscientia: tam mea qui passus sum, q; eorū qui mecum duxerunt vitam. Et gratias ago domino, quod de amaro semine literatū, dulces fructū carpo. Dicam & aliud, quod in Aegipto viderim. Græcus adolescens erat in cœnobio, qui nulla cōtinētia, nulla operis magnitudine fiamam poterat carnis exiguere. Hūo periclitantem, pater monasterii hac arte seruarit. Imperat cuidam viro graui, ut iurgiis atq; cōmiciis insectaret hominem, & post irrogatam iniuriam, primus veniret ad querimoniam. Vocati testes, pro eo loquebātur, qui cōtumeliam fecerat: Flere ille contra mendacium. Nullus alius credere veritati: Solus pater defensionē suam callit de opponere: ne abundantiori tristitia absorberetur frater. Quid multa? Ita annus ducit⁹ est. Quo ex plero, interrogatus adolescēs super cogitationibus pristinis, an adhuc molestiæ aliquid sustineret. Papæ inquit: Viuere mihi nō licet, & fornicari libertas? Hie si sol⁹ fuisset, quo adiutore superasset? Philosophi seculi solent amorem veterem, amore nouo: quasi clauū clavo expellere. Qd & Assuero regi septē principes fecere Persarū, ut Vasthī reginæ desideriū, aliarum puellarū amore cōpesceret. Illi virtū vitio, peccatumq; peccato medicatur: nos amore virtutū, vicia superemus. Declina, ait, à malo, & fac bonum:

DE VIVENDI FORMA,

bonum: Quare pacem, & persequere eam. Nisi oderim⁹.
malum, bonum amare non possumus. Quin potius fa-
ciendū est bonum, ut declinemus à malo. Pax queren-
da, ut bella fugiamus. Nec sufficit eā querere, nisi inue-
tam fugientēq; omni studio persequamur, quia exupe-
rat omnē sensum: in qua habitatio dei est, dicente pro-
pheta: Et factus est in pace locus eius. Pulchrēq; perse-
quu. io pacis dicitur: iuxta illud Apostoli: Hospitalita-
tem persequentes, ut non leui visitatoq; sermone, & (vt
ita loqua) summis labiis hospites inuitemus, sed toto
mentis ardore teneamus, quasi offerentes se cum lucro
nostro atq; compendio. Nulla ars absq; magistro di-
scitur. Etiam mura animalia & ferarum greges, dueto-
res sequuntur suos. In apibus principes sunt. Grues vna
sequuntur ordine literato. Imperator unus. Iudeus unus
provincie. Roma ut condita est: duos fratres simul ha-
bere reges non potuit, & patricidio dedicatur. In rebec-
cæ vtero, Esau, & Jacob bellum gesserunt. Singuli ecclesia-
rum episcopi, singuli archipresbyteri, singuli archidia-
coni, & omnis ordo ecclesiasticus suis rectorib⁹ nititur.
In naui unus gubernator: in domo unus dominus: in
quamvis grandi exercitu, viuis signum expectatur. Et
ne plura replicando fastidium legenti faciam: per huc
omnia ad illud rendir oratio: ut doceam te, non tuo ar-
bitrio dimittendum, sed viuere debere in monasterio.
sub viuis disciplina patris, consortioq; multorum, ut
ab alio discas humilitatem, ab alio patientiam. Hic te si-
lentium, ille doceat mansuetudinem: non facias quod
vis: comedas quod iuberis: uestiare quod acceperis: ope-
ris cui pensum persoluas: subiiciaris cui non vis: lastus.

HIERONY. AD RVSTI. MONA.

ad stratum venias; ambulansq; dormites , & needum ex pleto somno , surgere compellaris . Dicas psalmum in ordine tuo, in quo nō dulcedo vocis, sed mentis affe-ctus quæritur: dicente A postolo: Psallam spiritu, psal-lam & mente.: Et carantes in cordibus vestris domino. Legerat enim esse præceptum: Psallite sapiēter . Seruias fratribus, hospitum laues pedes : passus iniuriā taceas: præpositum monasterii timeas, vt dominum:diligas, vt parentem . Credas tibi salutare quicquid ille præce-pert, nec de maiorum sentētia iudices, cuius officii est, obediens:& implere quæ iussa sunt, dicente Moyse : Au-di Israel & tace. Tantis negotiis occupatus, nullis vaca-bis cogitationibus,& dū ab alio transīs ad aliud opusq; succedit operi: illud solum mente tenebis, quod agere compelleris. Vidi ego quosdam, qui postquam renun-ciauerē, seculo, vestimentis dumtaxat & vocis professio-ne non rebus, nihil de pristina cōuersatione mutarūt. Res familiaris magis aucta q̄ imminuta. Eadem mini-steria seruulorum, idem apparatus conuiuii. In vitro & patella factili, aurum comeditur, & inter turbas & ex-a-mina ministrorum , nomen sibi vendicant solitarii. Qui vero pauperes sunt & tenui substatiola, videturq; sibi scoli: pom parum ferculis similes procedunt in pu-blicum, vt caninam exercēt facundiam. Alii sublati in alium humeris.& intra se nescio quid cornicātes, stu-pentibusq; in terram oculis, tumentia verba trutinan-tur, vt si præconem addideris, putas incedere præfectu-ram. Sunt qui humore cellarū immoderatisq; ieiuniis, exedio solitudinis ac nimia lectione, dum diebus ac no-ctibus auribus suis personant: verruntur in melancho-liam, &

DE VIVENDI FORMA.

liam. & Hippocratis magis fomentis quàm nostris mo-
 nitis indigent. Pleriq; artibus & negociaitonibus pristi-
 nis carere nō possunt, mutatisq; nominibus institorū,
 eadem exerecent cōmertia: non viētum & vestitū, quod
 Apostolus præcipit, sed maiora quàm seculi homines,
 emolumenta sectāres. Et prius quidem ab ædilib⁹ quos
 Ἀγοράμους Græci appellant, vendentiū coercebatur ra-
 bies. nec erat impune peccatum. Nūc autē sub religio-
 nis titulo, exercentur iniusta cōpendia, & honor nomi-
 nis Christiani, fraudē magis facit, quàm patit. Quodq;
 pudet dicere, sed necesse est, vt saltē sic ad nostrū eru-
 bescamus dedecus, publice extendentēs manus, pānis
 aurum tegimus: & contra omniū opinionē, plenis sac-
 culis morimur diuites, qui quasi pauperes viximus. Ti-
 bi cuin in monasterio fueris, hæc facere nō licebit: & in-
 olecente paulatim consuetudine, quod primū cogeba-
 ris, velle incipies, & delectabit te labor tuus: oblitusq;
 præteriorum, semper priora sectaberis: nequaquam cō-
 siderans, quid alii mali faciant: sed quid boni tu facere
 debeas. Neq; vero peccantiū ducaris multitudine: & te
 percuntium turba sollicitet: vt tacitus cogites. Quid? Er-
 go oēs peribunt, qui in vrbibus habitant? Ecce ilii fruū-
 tur suis rebus: ministrant ecclesiis: adeunt balneas: vn-
 gnenta non spernūt: & tamē in omniū ore versant. Ad
 quod & ante respondi, & nūc breuiter respondeo: me
 in præsenti opusculo: non de clericis disputare, sed mo-
 nachū instituere. Sācti sunt clericī & omnia vita lauda-
 bilis. Ita ergo age, & viue in monasterio: vt clericus esse
 mercaris, vt adolescētiā tuam, nulla sorde cōmacules,
 vt ad altare Ch̄risti, quasi de thalamo virgo procedas,

HIERONY. AD RVSTI. MONA.

& habeas de foris bonum testimonium : fœminæq; no-
men tuum nouerint , & vultum tuum nesciant . Cum
ad perfectam ætatem veneris . si tamen vita comes fue-
rit , & te vel populus , vel pôtifex ciuitatis , in clerum ele-
gerit : agito quæ clerici sunt , & inter ipsos sectare melio-
res , quia in omni conditione & gradu , optimis mixta
sunt pessima . Ne ad scribendum cito prosilias , & leui
ducaris insania . Multo tempore disce quod doceas . Ne
credas laudatibus tuis , imò irrisoribus aurem ne libé-
ter accommodes : qui cum te adulatioñibus fouerint ,
& quodammodo impotem mentis effecerint : si subito
respexeris aut ciconiarum deprehēdes post te colla cur-
uari , aut manu auriculas agitari asini , aut æstuante m̄ ca-
nis protendi linguam . Nulli detrahias , nec in eo te san-
ctum putas , si cæteros laceres . Accusamus sape quod
facimus , & contra nosmetipsoſ diserti : in nostra vitia
inuchimur : muti de eloquentibus iudicantes . Testudi-
ne Grunnius incedebat ad loquēdum gradu , & per in-
terualla quedam , vix pauca verba carpebat , vt cum pu-
tares singultire , nō proloqui . Et tamen cum mensa po-
sita librorū exposuisset struem : adducto supercilio , con-
tractisq; naribus , ac fronte rugata : duobus digitulis con-
crepabat , hoc signo ad audiēdum discipulos prouocās .
Tum nugas metas fundere , & aduersum singulos decla-
marc . Creticum dices esse Longinum , Géforemq; Ro-
manæ facundiæ . Notare quem vellet , & de senatu do-
ctorum excludere . Hic bene nūmatus , plus placebat in
prandiis . Nec mirū , si qui multos inescarc solitus erat :
facto cuncio circūstrepentium garrulorum , procēdebat
in publicum : intus Nero , foris Cato : Totus ambiguus ,

DE VIVENDI FORMA.

ut ex contrariis diuersisq; naturis, vnum mostrum no-
tuamq; bestiam Ceres esse compactam: iuxta illud poe-
ticum: Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimæ-
ra. Nunquam ergo tales videas, nec huiusmodi homi-
nibus appliceris: nec declines cor tuum in verba mali-
tiae, & audias: Sedens aduersus fratrem tuum loqueba-
ris, & aduersus filium in attris tuæ ponebas scandalum.
Et iterum: Filii hominum: dentes eorum arma & sagit-
tae: Et alibi molliti sunt sermones eius super oleum, &
ipsi sunt iacula: Et apertius in Ecclesiaste: Sicut mordet
serpens in silentio: sic qui fratri suo occulte detrahit,
Sed dices: Ipse non detraho: aliis loquentibus quid fa-
re possum? Ad excusandas excusationes in peccatis ista
prætendimus. Christus arte non illuditur. Nequaquā
mea, sed Apostoli sententia est: Nolite errare: deus non
irritetur. Ille in corde, nos videmus in facie. Solomon
loquitur in proverbiis. Ventus aquilo dissipat nubes, &
vultus tristis, linguas detrahentium. Sicut enim sagitta
si mittatur contra duram materiam, non nunquam im-
mittētem reuertitur, & vulnerat vulnerantem: illudq;
completur: Facti sunt mihi in arcum prauum. Et alibi:
Qui mittit in altum lapidem, recidet in caput eius: ita
detractor cum tristein faciem viderit audiētis, imò ne
audientis quidem, sed obrurantis autes suas, ne audiat
iudicium sanguinis: illico conticescit, pallit vultus, hæ-
rent labia, saliuia siccatur. Vnde idem vir sapiens: Cum
detractoribus, inquit, ne miscearis: quoniam repete ve-
niat perditio eorum, & ruinā vtriusq; quis nouit? Tam
scilicet eius qui loquitur, quam illius, qui audit loquen-
tem. Veritas angulos non amat, nec querit susurtones.

HIERONY. AD RVSTI. MONA.

Timotheo dicitur: Aduersum presbyterum accusatio-
nem, citò ne receperis. Peccatum autem, cotany omni-
bus argue, vt & cæteti merum habeant! Non est facile
de prouecta uxate credendum, quā & vita præterita de-
fendit, & honorat vocabulum dignitatis. Verum quia
homines sumus, & interdum contra animorum maturi-
tatem, puerorum vitiis labimur: si me vis corrigere de-
linquentem, aperte increpa, tantum ne occulte mor-
deas! Cottipiēt me iustus in misericordia, & increpabit.
Oleum autem peccatoris nō impinguet caput meum.
Quem enim diligit dominus, corripit: castigat autem
omnem filium quem recipit. Et per Esaiam clamat do-
minus: Populus meus, qui bearos vos dicunt, seducunt
vos, & semitas pedum vestrorum supplantant. Quid
enim mihi prodest, si aliis mala referas mea? Si me ne-
sciēte, peccatis meis, imò detractionibus tuis aliū vul-
netes: & cum certatum omnibus narrés, sic singulis lo-
quiatis, quasi nulli dixeris alteri? Hoc est non me emen-
date, sed vicio tuo satisfacere, Præcipit dominus, peccā-
tes in os argui debere secretò, vel adhibito teste: & si au-
dire noluerint, referti ad ecclesiam, habendosq; in ma-
lo pertinaces, sicut ethnicos & publicanos. Hæc expres-
sius loquor, vt adolescentem meum, & linguæ & auriculæ
prurigine liberem: vt renatū in Christo, sine rugâ & ma-
culâ, quasi pudicam virginem exhibeam, castam tam
mente quam corpore: ne solo nomine gloriet, & absq;
oleo bonorum operum extincta lampade, excludatur
a sponso. Hæbes istic sanctum doctissimumq; pontifi-
cem Proculum, qui viua & præsenti voce nostras sche-
dulas superet, quotidianisq; tractatibus iterum diri-
gat: nec

DE VIVENDI FORMA.

gat: nec patiatur te in partem alteram declinādo, viam
relinquere regiam, per quam Israel ad terrā re promis
sionis properans, se transiit esse promittit. Atq; vti
nam exaudiatur vox eccl̄siae implorantis: Domine,
pacem da nobis. Omnia enim dedisti nobis. Utinam
quod renunciamus seculo, voluntas sit, non necessitas:
& paupertas habeat expetita gloriam, non illata crucia
tum. Cæterum iuxta miseras huius temporis, & ubiq;
gladios sanguientes: satis diues est, qui pane non indiget.
Nimū potens est; qui seruire nō cogitur. Sanctus Exu
perius Tolosæ episcopus, viduæ Sarapensis imitator,
esuriens pascit alios: & ore pallente ieiuniis, fame tor
quetur aliena, omnēmque substantiam Christi viscerib⁹
erogauit. Nihil illo diuti⁹, qui corpus domini canistro
viminco, sanguinem portat in vitro. Qui avariciā cie
cit è templo: qui absq; funiculo & increpatione, cathe
dras vendentium columbas, idest, dona sancti spiritus
mensasq; subuertit māmonet, & nūmulariorum æra di
spersit, ut domus dei, domus vocetur orationis, & non
latronum spelunca. Huius è vicino sectare vestigia, &
cæterorum qui virtutum illius similes sunt, quos sacer
dotium & humiliores facit & pauperes. Aut si perfecta
desideras, exi cum Abraam de patria & cognatione
tua, & perge quo nescis. Si habes substantiam, ven
de, & da pauperibus. Si non habes, gran
di onere liberatus es: nudum Chri
stum, nudus sequere. Durum,
grande, difficile, sed ma
gna sunt præmia.

HIERONYMVS AD PAVLINVM

HIERONYMVS AD PAVLINVM DE INSTITVTIONE MONACHI,



Onus homo; de bono cordis thesauro p-
fert ea quæ bona sunt: & ex fructibus ar-
bor cognoscitur. Metiris nos virtutibus
ruis, & paruos magn⁹ extollis: ultimāq;
partem conuiuī occupas ut patrissimi-
lias iudicio proucharis. Quid enim in nobis, aut quan-
tulum est, vt doct⁹ vocis mereamur præconiū? Ut illo-
ore quo religiosissimus princeps defendit, humililes mo-
diciq; laudemur? Noli igitur frater charissime, annorū
nos estimare numero: nec sapientiam canos reputes,
sed canos sapientiā. Solomone testante: Cani hominis
prudētia eius. Nam & Moyses septuaginta presbyteros
iubetur eligere, quos ip̄e sc̄iret esse presbyteros: vtiq; nō
æuo, sed prudentia iudicandos. Et Daniel adhuc puer,
longæuos iudicat, atq; impudicos series ætas lasciuia cō-
demnat. Noli, inquā, fidem pensare tēporibus: nec me-
idecirco meliorem putas, quod prior in Christi exercitu
cœperim militare. Paulus apostolus, & vas electionis
de persecutore mutatus, nouissimus in ordine, prim⁹
in meritis est: quia extremus licet, plus omnibus labo-
ravit. Iudas, qui quondam audierat: Tu autē homo, qui
simul tecum dulces capiebas cibos, dux me⁹ & notus
meus, in domo dei ambulauimus cum consensu, pdi-
tor amici & magistri: Saluatoris arguitur voce, & nodū
informis locti, trabe necit ab alta. Econtrario latro cru-
cem mutat paradiso, & facit homicidii poenam marty-
rium. Quanti hodie diu viuendo portant funera sua, &
quasi

DE INSTITVTIONE MONACHI,

quasi sepulchra dealbata, plena sunt ossib⁹ mortuorū? Subitus calor, longum vincit temporem. Deniq; & tu audita sententia Saluatoris: Si vis perfectus esse, vadē & vē de oīa quā habes, & da pauperibus, & veni sequere me: verba vertis in opera, & nudam crucem nudus sequēs, expeditior & leuior scandis scalam Iacob. Tunicā mutas cū animo: nec pleno marsupio, gloriosas fordes appetis: sed puris manibus & candido pectore, pauperem te & spiritu & operib⁹ gloriaris. Nihil est enim grande, tristi & lurida facie, vel simulare, vel ostentare iciunia, possessionū redditibus abundare, & vile iactare palliolum. Crates ille Thebanus, homo quōdam ditissimus: cum ad philosophandū Athenas pergeret, magnū aurii pondus abiecit. Nec putauit se simul posse & virtutes & diuitias possidere. Nos sufficiat auto Christū pauperē sequimur: & sub p̄extu eleemosynæ, pristinis opibus incubantes, quomodo possum⁹ aliena fideliter distribuere, qui nostra tiniide referuam⁹? plenus vēter facile de iciuniis disputat. Nō Hierosolymis fuisse sed hie rosolymis bene vixisse, laudandū est. Illa ex petenda est ciuitas, non quā occidit prophetas, & Christi sanguinē fudit, sed quā fluminis impetus lētificat: quā in mōte sita, cælari non potest: quā matrem sanctorū Apostol⁹ clamitat: In qua se municipatū cū iustis lētatur habere. Neq; vēro hoc dices, memetipsum incōstantiæ redarguo, dam noq; quod facio: vt frustra videar ad exemplū Abrahā, & meos & patriā reliq̄sse: sed nō audeo dei omnipotentiam angusto fine cōcludere, & coartare paruo terræ loco, quē non capit coelū. Singuli quiq; credentiū, non locorū diuersitatibus, sed fidei merito ponderant.

HIERONYMVS AD PAVLINVM

Et veri adoratores neq; Hierosolymis, neq; i mōte Gaza
rim adorāt patrē: qd de⁹ spūs est, & adoratores ei⁹ in spiri-
tu & veritate adorate oportet. Spūs spirat vbi vult. Dñi
est terra & plenitudo eius. Postq; siccato Iudæx vellere,
vniuersus orbis coelesti rore p̄fusus est, & multi de oriē-
te & occidēte veniētes, recubuerūt in sinu Abrahæ des-
sīt not⁹ esse tantū in Iudæa deus, & in Israēl magnū no-
men eius: sed in omnē terrā exiuit sonus apostolorū, &
in fines orbis terre verba eorū. Saluator ad discipulos lo-
quēs cū esset in tēplo: Surgite, inqt, abeam⁹ hinc. Et ad
Iudæos: Relinquet vobis dom⁹ vestra deserta. Si coelū &
terra trāsibūt, vtiq; transibūt oīa q̄ terrena sunt. Et crū-
cis igitur & resurrectionis loca p̄sunt his: q̄ portāt crucē
suā: & cū Christo resurgūt quotidie, qui dignos se tanto
exhibit habitaculo. Cæterū qui dicūt: Templū dñi, tē-
plum dñi, audiant ab A postolo: Vos estis templū dñi,
& spūssanct⁹ habitat in vobis. Et de Hierosolymis & de
Britānia æqualiter pater aula coelestis: Regnū cīn dei int-
tra vos est. Antoni⁹, & cūcta Aegypti, & Mesopotamia, &
Pōti, Cappadocia, & Armeniæ examina monachorū,
nō videre Hierosolymā: & patet illis absq; hac vrbe pa-
radisi ianua Beat⁹ Hilarion, cū Palæstin⁹ esset, & in Pa-
læstina viueret, vno tantū die vidit Hierosolymam, vt
nec contēnere loca sancta p̄ præviciniā, nec tursus do-
minū loco claudere videre. Ab Adriani tēporibus usq;
ad imperiū Cōstātini, p̄ annos circiter centū octogita,
in loco resurrectiōis simulactū Louis: in crucis rupe, sta-
tua ex Marmore Veneris à gentib⁹ posita colebat, ex isti
mantib⁹ psequutionis autorib⁹, qd tollerent nobis fidē
resurrectiōis & crucis, si loca sancta p̄ idola polluissent;

Bethleem

DE INSTITVTIONE MONACHI,

Bethleē nūc nostrā, & angustissimū orbis locū, de quo
psalmista canit: Veritas de terra orta est, lucus inūbra-
bat Tham⁹, idest adonidis: & ī specu, vbi quondā Chri-
stus paruul⁹ vagiit, Veneris amasi⁹ plāgebat. Quorsum
inq̄es, hæc tam lōgo repetita p̄cipio? Videlicet ne q̄cq̄
fidei tuæ deesse pures, quia Hierosolymā nō vidisti: nec
nos idcirco meliores existimes, qđ huius loci habitacu-
lo fruimur: sed siue hic, siue alibi: aequalē te pro operib⁹
tuis apud dñm nostrū habere mercedē. Reuera, vt sim-
pliciter motus mētis mēx fatcar, cōsiderans & p̄positū
tuū, & ardorē quo seculo renunciasti: differētias in locis
arbitror, si vrbib⁹ & frequētia vrbiū derelicta, in agello
habites, & Christū quāeras in solitudine, & ores solus in
monte cū Iesu, sanctorūq; tantum locorū vicinitatib⁹
perfruaris, idest vt & vrbē careas, & propositū monachi
non amittas. Quod loquor, nō de ep̄iscopis, nō de p̄s-
byteris, nō de clericis loquor, quorū aliud officium est:
sed de monacho, & monacho quondam apud seculum
nobili: qui idcirco premium possessionū suarum ad pe-
des apostolorū posuit, docens pecuniā esse calcandā, vt
humiliter & secretō vicitās, semper contēnat quod se-
mel contépsit. Si crucis & resurrectionis loca non essent
in vrbē celeberrima, in qua curia, in qua aula militum,
in qua scorra, mimi, scurrax, & omnia sunt, quæ solēt in
cæteris vrbibus; vel si monachorum turbis solummo-
do frequentaretur, expetendum re vera huiuscmodi
cunctis monachis esset habitaculum. Nunc vero sum-
mæ stulticiæ est renunciare seculo, dimittere patriam,
vrbes deserere, monachum profiteri, & inter maiores
populus peregre viuere, quām eras victurus in patria,

HIERONYMVS AD PAVLINVM

De toto huc orbe cōcurrīt. Plena est ciuitas vniuersi ge-
neris hominū:& tāta vtriusq; sexus cōstipatio, vt qđ ali-
bi ex parte fugiebas, hic totū sustinere cogaris. Quia
igitur fraterne interrogas, per quam viam incedere de-
beas, reuelata tecū facie loquar. Si officium vis exercere
p̄sbyteri, si episcopatus te, vel opus, vel honor forte dele
Etat, viue in vrbibus & castellis & aliorum salutē, fac lu-
crum animæ tuæ. Sin autē cupis esse, quod diceris ino-
nachus, idest, solus: quid facis in vrbibus, quæ vtiq; nō
sunt solorū habitacula, sed multorū? Habet vnumq; dīq;
propositū principes suos. Romani duces imitentur Ca-
millos, Fabritios, Regulos, Scipiones. Philosophi p̄ po-
nāt sibi Pythagoram, Socratem, Platonē, Aristotelem,
Poetæ æmulentur Homerū, Vergiliū, Menandrū, Te-
rentiū, Histori, Thucydendē, Salustum. Herodotū, Li-
uium. Oratores, Lysiam, Gracchos, Demosthenē, Tul-
liū. Et vt ad nostra veniamus, episcopi & presbyteri ha-
beant in exēplum Apostolos & apostolicos viros: quo-
rum honorem possidentes, habere nitant̄ & meritum.
Nos autē habeamus p̄ positi nostri principes, Paulos &
& Antonios, Iulianos, Hilationē, Macarios. Et vt ad scri-
pturarū autoritatē redeam, noster princeps Helias, no-
ster Helyseus; nostri duces filii p̄ phetatum, qui habita-
bāt in agris & solitudinib⁹, & faciebant sibi tabernacula
prope fluenta iordanis. De his sunt & illi filii Rechah,
qui vinū & siceram nō bibebant, qui morabant̄ in této-
riis; qui dei per Hieremiac⁹ voce laudantur, & p̄mittitur
eis, quod non deficiat de stirpe eorum vir stans corā do-
mino. Hoc reor & septuagesimi psalmi titulum signifi-
care: Filiorum Ionadab: & eorum qui primi in captiu-
tatem

DE INSTITUTIONE MONACHI.

tatem ducti sunt. Iste est Ionadab filius Rechab, qui in regnorū libro scribitur currum ascēdisse cum Hieu. Et huius filii sunt; qui in tabernaculo semper habitantes, ad extreūm propter irruptionē Chaldaici exercitus, Hierosolymā intrare cōpulsi, hanc prīmi captiuitatē sustinuisse dicūtur, q d post solitudinis libertatem, vrbe quasi carcere sunt reclusi, Obsceto itaq; te, ut quoniam sanctæ sororis tuae ligatus es vinculo, & non penitus expedito pergis gradu, siue hic, siue ibi, multitudines hominum & officia & salutationes & conuinia, veluti quasdam catenas fugias volupratū. Sit vilis & vespertinus cibus, holera & legumina: interdūq; pisciculos, p summis ducas delitiis. Qui Christum desiderat, & illo pane vescitur: non querit magnopere de quām preciosis cibis sterlus conficiat, Quicquid post gulam non sentit, idē tibi sit quod panis & legumina, Habes aduersus Iouinianū libros de contēptu ventris & gutturi plenius differentes. Semper in manu tua sacra sit lectio. Frequenter orandum flexo corpore, mens erigēda ad dominū. Crebræ vigiliæ, & ventre vacuo sæpius dormiendū. Rumulos & gloriolas & palpantes adulatores: quasi hostes fuge. Pauperibus & fratribus, refrigeria sumptuum manu propria distribue. Rara est in hoībus fides. Non credis verum esse quod dico? Cogita Iudæ loculos. Humilitatem vestium tumenti animo non appetas. Secularium, & maxime potentium cōsortium decuta. Quid tibi necesse est ea videte crebrius, quorū contēptu monachus esse cœpisti? Soror præcipue tua, matronarum declinet cōsortia. Nec inter sericas vestes & gēmas circū sedētium foeminarū se sordidatā, aut dolcat, aut miret:

HIERONYMVS AD PAVLINVM

quia alterum propositi pœnitentia, alterum instantiæ
seminarium est. Cœne ne quasi fidelis & famosus tuorū
quondam dispensator alienam pecuniā distribuēdam ac-
cipias, intelligis quid loquerat, Dedit enim tibi domin⁹
in oībus intellectū, Habeto simplicitatem colubæ, nē
cuiq; machinetis dolos: & serpentis astutiam, ne aliorū
supplanteris insidiis, Non multum distat in vitio, vel
decipere posse, vel decipi Christianū. Quem senseris ti-
bi aut semper aut crebro de nūmis loquentem excepta
eleemosyna, quæ indifferenter omnibus patet, in stito-
rem potius habeto quam monachū. Præter vietū & ve-
stitum & manifestas necessitates, nihil cuiq; tribuas; nē
filiorū panem canes comedant. Verum Christi templi
anima creditis est: illam exorna, illi vesti, illi offert do-
nationis, in illa Christum suscipe. Quæ utilitas est parietes
fulgere gemis, & Christū in paupere fame pereclitari?
Iam non sunt tua quæ possides, sed dispensatio tibi cre-
dita est. Memeto Anania & Saphiræ. Illi sua timide set
uauerunt: tu considera, ne Christi substantiā imprudē-
ter effundas, idest, nē in moderato iudicio rem paupē-
rum tribuas, non pauperibus, & secundū dictū pruden-
tissimi viri, liberalitate liberalitas pereat. Noli respice-
re ad phaleras & nomina vana Catonū. Ego te, inquit,
intus & in eute noui. Esse Christianū grande est, non vi-
deri, Et nescio quomodo plus placet mundo, qui Chri-
sto dispergunt, Hæc nō, sicut aiunt. Suis Mineruā, sed in-
gredientē pelagus, amicis amicū mōnui, maleſ. à tc fa-
cultatē meam requiri, quam voluntatem: vt in quo ego
lapsus sum, tu firmo pergeres gradu. Librū tuum quē
pro Theodosio principe prudenter ornateq; cōpolirū
transmisiſti,

DE INSTITUTIONE MONACHI.

transfisiisti, libenter legi, & præcipue mihi in eo subdia-
uisio placuit. Cūq; in primis partibus vincas alios in pe-
nultimis te ipsum supas. Sed & ipsum gen^o: cloquii pres-
sum est & nitidum & cum Tulliana luceat putate; cre-
brum est in sententiis, lacet enim (vt ait quidam) oratio;
in qua tantū verba laudantur. Præterea magna est rerū
cōsequētia, & alterū pendet ex altero. Quicquid assum-
pseris, vel finis superiorū, vel initium sequentiū est. Fe-
lix Theodosius, qui à tali Christi oratore descenditur, illa-
lustrasti purpuras eius, & utilitatē legum futuris seculis
cōsecrasti. Maecte virtute, qui talia habes rudimenta: qua-
lis exercitat^o: miles eris? O si mihi liceret istiusmodi in-
genium non per Aonios montes & Heliconis vertices;
vt poete canunt, sed per Sion & Itabiriū, & sina excelsa
ducere. Si contingeret dicere qnæ didici: & quasi per ma-
nus mysteria tradere scripturarum, nasceretur nobis ali-
quid quod docta Græcia nō haberet. Audi ergo mi cō-
serue, amice, germane, ausulta paulisper, quo i scriptu-
ris sanctis calle gradiaris. Totum quod legimus in diui-
nis libris: nitet quidē, & fulget etiam in cortice, sed dul-
cius in medulla est. Qui edere vult nucleus, frāgat nu-
cem. Reuela, inquit David, oculos meos, & considerabo
mirabilia de lege tua. Si tantus propheta tenebras igno-
rantiæ cōsideret, qua nos putas parvulos, & pēnē lacte-
tes inscitiae nocte circūdari? Hoc autem velamen nō so-
lum in facie Moysi, sed & in euangelistis & in apostolis
positum est. Turbis saluator in parabolis loquebatur:
& cōtestans mysticum esse quod dicebat ut, aiebat: Qui
habet aures audiēdi, audiat. Nisi aperta fuerint vniuer-
sa quæ scripta sunt ab eo, qui habet clavem David: qnī.

HIERONYMVS AD PAVLINVM
aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo apit: nullo alio
referante pandetur. Si habetis hoc fundamen[t]ū, imò si
quasi extrema manus operi tuo induceretur, nihil pul-
chrius, nihil doctius, nihilq; Latinius tuis haberem⁹ vo-
luminibus. Tertulianus crebet est in sententiis, sed diffi-
cilis in loquendo. Beatus Cyprianus instar fontis puris
simi, dulcis incedit & placidus: & cum totus sit in exer-
citatione virtutū: occupatus persequutionū angustiis;
de scripturis diuinis nequaq; differuit. Inclito Victorinus
martyrio coronatus, quod intelligit, eloqui non pos-
test. Lactantius quasi quidā fluuius eloquentiae Tullia,
nra, vtinam tam nostra cōfirmate potuisset, quām facile
aliena destruxit, Arnobius inæqualis & nimius, & absq;
operis sui partitione confusus. Sanctus Hilarius Gallica-
no cothurno attollitur: & cū Græciæ floribus adorneſ;
longis interdum periodis inuoluitur, & à lectione sim-
pliorū fratrū procul est. Tacēo de ceteris, vel defun-
ctis, vel etiā adhuc viuentib⁹, super quibus in vtrāq; par-
tem post nos alii iudicabūt, Ad te ipsum veniam Sym-
mysten, sodalem meum & amicum: amicum, inquit
meū, anteq; notū: & precabor ne assentationē in necessi-
tudine suspiceris: quin potius vel errare me existimato,
vel amore labi, quām amicum adulatione decipere. Ma-
gnū habes ingenium, & infinitam sermonis supelle-
ctile: & facile loqueris & pūre, facilitasq; ipsa & puritas
mixta prudētiæ est. Capite quippe sano, omnes sensus
vigent. Huic prudētiæ & eloquentiæ si accederet vel stu-
dium, vel intelligentia scripturarū, viderem te breui at-
cem tenere nostrorū: & ascende in cū Iacob rectum
Sion, canere in dōmatib⁹, qđ in cubilibus cognouisses;

PAVLVM CONCORDIENSEM,

Accingere quæso te, accigere. Nihil sine magno labore
vita dedit mortalibus . Nobilem te ecclesia habeat, vt
prius senat⁹ habuit. Præpara tibi diuitias, quas quotidie
eroges: & nunquā deficiant, dum viget ætas: dum non-
dū canis spargitur caput, anteq^{uam} subeant morbi, tristisq;
senectus. Et labor, & diræ rapiat inclemētia mortis, Ni-
hil in te mediocre esse contentus sum: totū summū, to-
tum perfectū desidero . Sanctū Vigilatiū presbyterum,
qua auiditate suscepimus, meli⁹ est vt ipsi⁹ verbis quām
meis discas literis: qui cur tam cito à nobis profectus sit,
& nos reliquerit, non possum dicere: ne ledere quēpiam
videar. Tamen quasi prætereuntē & festinante paululū
retinui, & gustū ei nostræ amicitiæ dedi, vt p cū discas,
quid in nobis non desideres. Sanctā conseruā tuam, &
tecum domino militantem, per te salutari volo.

HIERONYMVS AD PAVLVM CONCORDIENSEM.

Vmanæ vitæ breuitas, dānatio delictorū est.
Et ī ipso sæpe lucis exordio, mors sequunt na-
scēntem, labentia quotidie in vitiū secula p fi-
tetur. Nam cū primū paradisi colonū, viperi-
nis nexib⁹ præpeditū, coluber deduxisse ad terras, ater-
nitas mortalitatē mutata, in nongētos & eo ampli⁹ an-
nos, secundā quodāmodo immortalitatē inaledicti ho-
minis distulerat elogium. Exinde paulatim recrudescē-
te peccato, totius orbis naufragium gigantum adduxit
īpietas. Post illud, vt ita dixerim, purgati baptisma mū-
di, in breue tēpus hominū vita cōtracta est . Hoc quoq;

HIERO. AD PAVLVM CONCOR,
spatiū, sceleribus nostris semp cōtra diuina pugnātib⁹,
penē pdidimus. Quotus eīm quisq; aut centenariā trās-
greditur ætate, aut non ad eam sic peruenit, ut puenisse
pœnitcat, scđm qđ in libro psalmorū scriptura testat:
Dies vitæ nostre septuaginta anni: si autē multū, octogī-
ta: quicqd reliquū est, labor & dolor. Quorsum, ais, ista-
tam alto repetita principio, & ita procul cœpta, vt meri-
to quis Horatiano de nobis possit sale ludere: Et gemi-
no bellū Troianū orditur ab ouo? Videlicet vt senectu-
tem tuā, & caput ad Christi similitudinē cādidiū, dignis
vocibus prædicem⁹. Ecce iam centenus ætatis circulus
voluit, & tu semp præcepta dñi custodiens: futuræ bea-
titudinem vitæ per p̄sentia exēpla meditaris. Oculi pu-
ro lumine vigēt: pedes imprimūt certa vestigia, auditus
penetrabilis, dētes cādidi, vox sonora, corpus solidum,
& succi plenum, cani cum rubore discrepant, vires cum
ætate dissentiūt. Nō memoriæ tenacitatē, vt in plerisq;
cernimus, antiquior senecta dissoluit. Nō calidi acumē
ingenii, frigidus sanguis obrundit. Nō contractā rugis
facié, aratra frontis asperat. Non deniq; tremula manus
per cutuos cāre tramites errantē stilū ducit. Futuræ no-
bis resurrectionis virotē in te dñs ostendit, vt peccati
sciamus esse, qđ cæteri adhuc viuētes p̄inorunt in cat-
ne, iustitiae, quod tu adolescentiā in aliena ætate menti-
ris. Et quanq; multis istam corporis sanitatē, etiā pecca-
toribus euénite videam⁹, tamen illis hoc diabolus mi-
nistrat, ut peccent, tibi dñs præstat, ut gaudeas. Doctiſ-
ſimi quiq; Græcorū, de qbus pro Flacco agens luculen-
ter Tullius ait: Ingenita leuitas & erudita vanitas, regū
suorum ac principū laudes, accepta mercede, dicebant:
Hoc ego

AD EXVPERANTITM HORTA.

Hoc ego nunc faciens, precium posco pro laudibus. Et ne putas modica esse quæ de præcor: margaritū de euangelio postularis . Eloquia dñi, cloquia casta, argentum igne examinatū: probatum terræ, purgatum septuplū: scilicet cōmētarios Fortunatiani, & propter noticiā pseguitionum . Aurelii Victoris historiā, simulq; epistles Nouatiani, vt dum schismatici hominis venena cognoscimus: libentius santi martyris Cyptiani bibamus antidotum. Misimus interim te tibi, id est, Paulo seni Paulo seniorē, in quo propter simpliciores quosq; multum in deiiciēdo sermone laborauim⁹. Sed nescio quomodo, etiam si aqua plena sit, tamen eundem odorem lagenā seruat, quo dū rudis esset, imbuta est. Si hoc inuinculum placuerit, habemus etiam alia condita, quæ cum plurimis orientalibus mercibus ad te, si spiritus sanctus afflauerit, nauigabunt.

AD EXVPERANTIVM HORTATORIA.

Nter omnia quæ mihi sancti fratri Quintiliani amicitiæ præstiterūt, hoc vel maximū est, quod te mihi ignotū corpore, mente sociavit. Quis enim non diligit eum, qui sub paludamēto & habitu militati agat opera p̄phetarum, & exteriorem hominē aliud promittentē, vincat interiori homine : qui formatus est ad imaginem creatoris? Vnde & prior ad officium prouoco literatū, & præcor, vt mihi occasionem tribuas s̄apius rescribendi, quo de cætero scribā audacius. Illud aut̄ prudētiæ tuæ breuiter significasse sufficiat, vt memineris apostolicæ sententiæ:

HIERONY. AD EXVPERANTIVM,
Vinctus es vxori, ne quæras solutionē: solut⁹ es, ne quæ
ras vxorem, idest, alligationē, quæ solutioni contraria
est: Qui igitū seruit officiō cōiugali, vinc⁹ est: qui vin-
ctus est, seruus est: Qui autē solitus est, liber est. Cum er-
go Christi gaudias libertate, & aliud agas, aliud repro-
miras, ac propemodū in donitate constitutus sis, non
debes ad tollendā tunicā tecto descendere, nec respice-
re post tergum, nec aratri seimel arrepti stiuam dimitte-
re. Sed si fieri potest, imitare Ioseph & Aegyptiæ domi-
næ pallium reliquę, vt nudus sequaris dominū saluā-
torem, qui dicit in Euangeliō: Nisi quis dimisérit oīa, &
tulerit crucē suam, & secutus mē fuerit, nō potest meus
esse discipul⁹. Proiice sarcinā seculi, ne quæras diuitias,
quæ camelorū prauitatibus cōparantur. Nudus & leuis
ad cœlum euola, ne alas virtutum tuarū auti deprimat
pondera. Hoc autē dico, non quo te aquarum didicerim,
sed quod intelligam, idcirco adhuc militiæ operā dare,
vt impleas sacculū, quem euacuare dominus p̄cepit.
Si igitur qui habent possessiones & diuitias, iubetur om-
nia vendere, & dare pauperibus; & sic sequi saluatorē: di-
gnatio tua, aut diues est, & debet facere quod p̄ceptū
est: aut adhuc tenuis, & non debet querere, quod eroga-
tura est. Certe Christus pro animi voluntate oīa in acce-
ptū refert. Nemo apostolis pauperior fuit, & nemo tan-
tum pro dño dereliquit. Vidua illa in euāgelio paupci-
la, quæ duo minuta misit in Gazophilaciū; cū&tis p̄-
fertur diuitib⁹, quia totum quod habuit dedit. Et tu igi-
tur eroganda nō quæras, sed quæsita iam tribue, vt for-
tissimū tyrunculū suum Christus agnoscat, vt latus ti-
bi de lōgissima regione venienti occurrat pater, vt stolā
tribuat.

HIERONY. AD. IVLIANVM HOR.
tribuat; vt donet anulum; vt immolet pro te vitulū sa-
ginatū, vt ex peditū cum sancto fratre Quintiliano ad
nōs cito faciat nauigare. Pulsa uī amicitiatū fores; si ape-
rueris, nos crebro habebis hospites;

(AD IVLIANVM DIACONVM).

Ntiquis sermo est: Mendaces faciūt, vt nec
vera dicētibus credatur. Quod mihi à te ego
obiurgatus de silentio literatum accidisse. vi
deo. Dicam: s̄æpe scripsi, sed negligentia ba-
iulorum fuit? Respondebis: Om̄iū non scribentū ve-
tus ista excusatio est. Dicam, non reperi qui epistolas fer-
ret? Dices, hinc isthuc isse q̄ plurimōs. Cōtendā, me etiā
his dedisse? At illi, quia non reddiderunt, negabunt: &
erit inter absentes īcerta cognitio. Quid igitur faciam?
Sine culpa veniam postulabo, rectius arbitrans pacem
loco motum petere, quām ex quo gradu certamina con-
citat, quāquā ita me iugis tam corporis ægrotatio, quā
animæ ægritudo consumpsit: vt morte imminentē, nec
mei penē memor fuerim. Quod ne falsum putas, ora-
torio more post argumenta testes vocabo. Sanctus fra-
ter Heliodorus hic adfuit, qui cum mecum eremū vel-
let incolere, meis sceleribus fugatus abscessit. Verū om-
nem culpam præsens verbositas excusabit. Nam, vt ait
Flaccus in satyra: Oibus hoc vitium est cantoribus,
inter amicos. Rogati vt nunq̄ cātent, iniussi nunquā de-
sistant. Ita te deinceps fascibus obruam literatū, vt ecō-
tratio incipias rogare, ne scribam. Sororē nīcam filiā in
Christo tuā, gaudeo te primū nūciāte, in eo pmanere,

AD THEODOSIVM.

quod coöperat. Hic enim vbi nunc sum: nō solum quid agatur in patria, sed an ipsa patria perstet, ignoro. Et licet me sinistro Hibera exætra ore dilanier: nō timebo hominum iudicium: habiturus iudicem meum: iuxta illud quod quidam ait: Si fractus illabatur orbis: Impavidum fierent ruynæ. Quapropter quæso ut a apostolici memor præcepri, quo docet opus nostrum permanere debere: & tibi à domino præmiū in illius salute pares: & me de cōmuni in Christo gloria, crebris reddas sermonibus latiorem.

AD THEODOSIVM.

Vàm vellem nunc vestro interesse conuētui & admirandū cōsortium: licet isti oculi non mereant a picere: tota cū exultatiōe cōplete. Spectaré desertū omni amoenius ciuitate. Viderem desolata ab accolis loca: quasi ad quoddā paradiſi instat sanctorū cœtibus obsidet. Verū quia hoc mea faciunt delicta: ne consortio beatorū in seraf obsecsum omni crimine caput: idcirco obsecro (quia vos impetrare posse non ambigo) ut me ex istius tenebris seculi vestro liberetis oratu. Et ut ante dixeram præsens, & nunc per literas votum indicare non cesso, quod mens mea omni ad id studium & cupiditate rapiatur. Nūc vestrū est, ut voluntatem sequatur effectus: Meum est ut velim. Obsecrationū vestrum est, ut quod velim & possim. Ego ita sum, quasi à cuncto grege morbida aberrās ouis. Quod nisi me bonus pastor ad sua stabula humeris impositum reportatit: lababunt gressus, & in ipso conamine

HIERONY. AD CHROMATIVM,
conamine vestigia cocidēt assurgētis. Ego sum ille pro-
digus filius: qui omni quam mihi pater crediderat por-
tione profusa, needum me ad genitoris genua submisi:
needum cœpi prioris à me luxuriæ blandimenta depel-
lere. Et quia paululum nō tam desui à vitiis, quām cœ
pi velle desinere, nunc me nouis diabolus ligat retib⁹,
nunc noua impēdimenta proponens: maria vndiq; cir-
cundat, & vndiq; pontum; nunc in medio constitutus
elemento, nec regredi valeo, nec progredi possum: Su-
perest ut oratu vestro sancti spiritus aura me proue hat,
& ad portum optati litoris prosequatur.

HIERONYMVS AD CHROMATIVM



On debet carta diuidere, quos a mor mu-
tuus copulauit: nec per singulos officia
mei sunt partiēda sermonis cum sic in-
uicē vos ametis, vt nō minus treis cha-
ritis iūgat, quām duos natura sociauit:
quin potius si rei conditio pateretur sub
vno literulæ apice nomina indiuisa concluderē: vestris
quoq; ita me literis prouocantibus, vt & in vno treis &
in tribus vnum putarem. Nam postquā sancto Euagrio
transmittere, in ea ad me eremi parte delatae sunt, quæ
inter Syros ac Sarracenos vastum limitem ducit: sic ga-
uisus sum, vt illum diem Romanæ felicitatis, quo pri-
mum Marcelli apud Nolam prælio post Canensem pu-
gnam Hannibal agmina conciderunt, ego vicerim.
Et licet supradictus frater sæpe me visitet: atq;. me ita
vt sua in Christo viscera foueat, tamē longo à me spatio

HIERONY. AD CHROMATIVM.

seiunctus, non minus mihi dereliquit abeundo desiderium, quām attrulerit veniēdo lāticiā. Nūc cum vestris literis fabulor, illas amplector, ille mecum loquuntur, ille hic tantū Latinæ sciunt. Hic em̄ aut barbarus semi scribo discedus est: aut tacendū: Quotienscūq; charissimos mihi vultus, notat manus referunt impressa vestigia, toties aut ego hic non sum, aut vos hic estis. Credite amori vera dicenti: & cum has scriberē, vos videbā. De quibus hoc primū queror, cum tot interiacētib⁹ spatiis maris atq; terrarum tam paruam epistolā miseritis, nisi quod ita merui: qui vobis (vt scribitis) ante nō scripsi. Chartam defuisse non puro Aegypto ministrante commerciā. Et sialicui Ptolomæus maria clausisset, tamen rex Attal⁹ membranas à Pergamo miserat, vt penuria chartæ pellibus pensaret. Vnde & Pergamenarū nomē ad hunc vsq; diem tradēte sibi inuicē posteritate seruatum est. Quid igitur? Arbitter baiulum festinasse? Quāuis longæ epistolæ vna nox sufficit. An vos aliqua occupatione detentos? Nulla necessitas maior est charitate. Restant duo: Ut aut vos piguerit, aut ego nō meruerim. E quibus magis volo vos incusare tarditatis, quām condēnare non meritum. Facilius enim negligentia emendi potest, quā amor nasci. Bonosus (vt scribitis) quasi filius ḵθν̄os, idest, pisces aquosa petit. Nos pristina cōragione sordentes: quasi reguli & scorpiones arētia quæq; sectamur. Ille iam calcat sup colubri caput: nos serpenti, terram ex diuina sentētia comedenti, adhuc cibis sumus. Ille iam potest summū graduum psalmū scādere, nobis adhuc in primo ascensu flentibus: nescio an dice re aliquando cōtingat: Leuaui oculos meos in montes,

vnde

HIERONY. AD CHROMATIVM.

vnde veniet auxiliū mihi. Ille inter minaces seculi flu-
etus in ruto iſulæ, hoc est, ecclesiæ gremio sedēs, ad exē-
plum Ioannis, librum fortè iam deuorat: ego in scelerū
meorum sepulchro iacens, & peccatorum vinculis col-
ligatus, dominicum de Euangelio expecto clamorem:
Hictonyme veni foras: Bonosus inquam (quia secundū
prophetam omnis diaboli virtus in lūbis est) trans Eu-
phratem tulit lumbare suum: vbi illud in foramine pe-
træ abscondens, & postea scissum reperiens, cecinit: Do-
mine: tu possedisti renes meos. Dirupisti vincula mea,
tibi sacrificabo hostiam laudis: Me vero Nabuchodono-
sor ad Babylonem, idest, confusionem mentis meæ ca-
thenarū duxit: ibi mihi captiuitatis iugū imposuit: ibi
ferri circulum naribus meis innectens, de canticis Sion
cantare præcepit: Cui ego dixi: Dominus soluit compe-
ditos, dominus illuminat cæcos. Ut breuiter coeptram
dissimilitudinē finiam, ego veniam deprecor, ille expe-
ctat coronam. Soror mea, sancti Juliani in Christo fru-
etus est. Ille plantauit vos rigate: domin⁹ incremen⁹
dabit. Hāc mihi Iesus pro eo vulnere, quod diabolus in-
flixerat, præstirit, viuā reddendo pro mortua. Huic ego
(ut ait genitilis poeta) omnia etiam tuta timco. Scitis ip-
si lubricum adolescentie iter: in quo & ego lapsus sum,
& vos non sine timore transistis. Hoc illa nunc maxi-
me ingrediens, omnium est fulcienda præceptis, om-
nium est sustentanda solatiis; idest, crebris vestræ san-
ctitudinis epistolis roborada. Et quia charitas omnia su-
stinet, obsecro ut etiam à papa Valeriano ad eam con-
fortādam literas exigatis. Nostis puellares animos his
rebus plerūq; solidari, si se intelligat curæ esse maiorib⁹.

HIERONY. AD CHROMATIVM,

In mea enim patria rusticitatis vernacula, deus venter est, & in diem viuitur: & sanctior est ille, qui ditio est. Accessit huic patellæ (iuxta tritum populi sermone, proverbum) dignum operculum: Lupicinus sacerdos, secundum illud quoq; de quo semel in vita Crassum ait risisse Lucilius: similem habent labra lactucam, asino catduos comedete: videlicet ut perforatam nauem debilis gubernator regat, & cæcus cæcos ducat in foueain. Talisq; sit rector, quales illi qui reguntur. Matrem communæ quæ cū vobis sanctitate societur: in eo vos præuenit, quia tales genuit, cuius vere venter aurcus potest dici, eo salutam us honore, quo nostis unam quoq; suscipie das cunctas sorores, quæ sexum vicere cum seculo: quæ oleo ad lampadas largiter præparato, sponsi opperuntur aduentum. O beata domus, in qua morantur Anna vidua, virgines prophetissæ; geminus Samuel nutritus in templo. O teatæ felicia, in quibus cernimus Machabeorum martyrum coronis cinctam martyrem matrem. Nam licet quotidie Christum confiteamini, dum eius præcepta seruatis: tamen ad priuatam gloriam publica hæc accessit vobis & aperta confessio, quod per vos a verbe vestra Ariani quondam dogmatis virus exclusum est. Et miramini forsitan, quod in fine iam epistola
Iæ tursum exortus sim: Quid faciam? vocem
pectori negare non valco: epistolæ bre
uitas compellit tacere: desiderium
vestri cogit loqui. Præpro
perus sermo: confusa
turbatur ora -
tio: amor ordinem nescit:

Frater Ambrosius tua mihi munuscula pse
 rents, detulit & suauissimas l̄ras: q̄ à principio
 amicitiarū, fidēiam probatæ fidei & veteris
 amicitiæ præferebat. Vera eī illa necessitu-
 dō est, & Christi glutino copulata: quā non
 vtilitas rei familiaris, nō præsentia tantum
 corporū, nō subdola & palpans adulatio: sed dei timor
 & diuinarū scripturarū studia cōciliat. Legimus in vete-
 rib⁹ historiis, quosdā lustrasse pūicias, nouos adisse po-
 pulos, maria trāsisse: vt eos quos ex libris nouerāt, corā
 quoq; viderēt. Sic Pythagoras Mēphiticos vates, sic Pla-
 to Aegyptū & Atchirā Tarētinū, eāq; orā Italia: q̄ quō-
 dam magna Græcia dicebāt, laboriosissime peragrauit:
 vr qui Athenis magister erat & potēs: cuiusq; doctrinā
 Academiæ gymnaſia psonabant, si eret peregrinus atq;
 discipulus, malēs aliena verēcude disscere, q̄ sua impudē-
 ter ingerere. Deniq; cū literas quasi toto fugientes orbe
 psequit, captus à piratis atq; venūdatus, etiā tyrāno cru-
 delissimo paruit, captiuus, vinclus, & sernus. Tn q̄a phi-
 losoph⁹, maior emēte se fuit. Ad Titū Liuiū lacteo elo-
 quētiæ fonte manantē, de vltimis Hispaniæ, Galliarūq;
 finibus quosdā venisse nobiles legim⁹: & quos ad contē-
 plationē sui Roina non traxerat: vnius hoīs fama pdu-
 xit. Habuit illa ætas īaudirū oībus seculis celebradūq;
 miraculū, vt tantā vrbē ingressi, aliud extra vrbem q̄re-
 rent. Apolloni⁹ sive ille magus (vt vulgus loquit⁹) sive
 phūs, vt Pythagorici tradūt, ītranit Persas, p̄trāsuit Cau-
 calum, Albanos, Scythas Massagetas, opulētissima In-
 dia: regna penetrauit: & ad extremū latissimo Physon
 īstobūdo

HIERONYMVS PAVLINO.

amne transmiso, peruenit ad Brachmanas: vt Hiarchā
in throno sedentē aurō: & de tanti fonte potantē; in-
ter paucos discipulos, de natura, de motib⁹ syderum ac
dierum cursū audiret docentem: unde per Elainitas, Ba-
bylonicos, Chaldaeos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros,
Phœnices, Arabes, Palæstinios, teuersus Alexātriā, per-
rexit Aethiopiam, vt gymnosophistis & famosissimā
solis mēsam videret in fabulo. Inuenit ille vir ybiq; qđ
disceret: & sēm per proficiens, sēmp semelior fieret. Scri-
psit super hoc plenissime octo voluminibus Philostra-
tus. Quid loquar de seculi hominib⁹ ecclī apostol⁹ Pau-
lus vas electionis & magister gentiū, qui de conscientia
tanti in se hospitis loquebatur: An cōperimentū qđ exi-
tis eius qui in me loquitur Christus? Post Damascū Ara-
biāmq; lustratam, ascenderit Hierosolymā, vt videret
Petrum, & manicerit apud eum diebus quindecim. Hoc
ēm mysterio hebdomadis & ogdoadis, futurus gentium
predicator instruēdus erat. Rursumq; post annos qua-
tuordecimi, assumpto Barnaba & Tiro, ex posuerit apo-
stolis euāngeliū, ne forte in vacuum curreret aut cuciū-
risset. Habet em nescio quid latentis ἐν γειας vita vox:
& in aures discipuli de autoris ore trāffusa fortius sonat.
Vnde & Achynes, cū rodi exularet: & legeret illa Demosthenis oratio, quāni aduersus eum habuerat, miran-
tibus cunctis atq; laudantibus, suspirans ait: Quid si ip-
sam audissetis bestiam, sua verba resonantem? Hæc non
dico, quod sit in me aliquid tale, quod vel possis, vel ve-
lis discere sed quod ardor tuus ac discendi studium, etiā
absq; nobis per se p̄bari debeat. Ingenium dōcile & sine
doctore laudabile est. Nō quid inuenias, sed qđ quāras
cōsideram⁹.

HIERONYMVS PAVLINO.

consideramus. Mollis cera & ad formandū facilis, etiā
si artificis & plastæ essent mān⁹, tamē virtute totū est,
quicqd esse potest. Paulus apostolus ad pedes Gamaliæ
lis. legē dñi & prophetas didicisse gloriatur, vt arma-
tus spūralibus telis, postea diceret cōfidenter. Arma mi-
litiæ nostræ, non carnalia sunt: sed potentia deo, ad de-
structionem munitionū, consilia destruentēs: & omnē
altitudinem extollentē se aduersus scientiā dei, & capti-
vantēm omnē intellectū, ad obediendum Christo: &
subiugare parati cūncta inobedientiā. Ad Timotheum
scribit ab infantia factis literis eruditum: &hortatur ad
studium lectionis; nc negligat gratiā que data sit ei per
inpositionē matris presbyteri. Tito præcipit, vt inter
cæteras virtutes episcopi, quē breui sermone depinxit:
scienciā quoq; eligat scripturarū. Obtinētem, inquit, cū
qui secundū doctrinam est fidem sermonē: vt potens
sit exhortari in doctrina sana, & cōtradicentes reuinē-
re. Sancta quippe rusticitas solū sibi prodest: & quantū
ædificat ex vite merito ecclesiam Christi, tantū nocet si
destruentib⁹ nō resistat, Malachias propheta, imò per
Malachiā dñs interrogauit sacerdotes legem. Intātum
sacerdotis officiū est, interrogatū respondere de lege. Et
in Deuteronomio legimus. Interroga patrem tuum, &
annunciabit tibi: seniores tuos, & dicent tibi. In psalmo
quoq; centesimo decimo octauo. Cātabiles mihi erant
iustificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ. Et in
descriptione iusti viri, cū eum Danid arbori vitæ, quæ
est in paradiso, compararet: inter cæteras virtutes & hoc
intulit: In lege domini voluntas eius: & in lege ei⁹ mé-
ditabit die ac nocte. Daniel in fine sacratissimæ visionis

HIERONYMVS PAVLINO.

iustos, ait, fulgere sicut stellas: & intelligētes, hoc est do-
ctos, quasi firmamentū. Vides quantum inter se distet
iusta rusticitas, & docta iusticia? Alii stellis, alii cō-
parant: quanq̄ iuxta Hebraicā veritatē vtrūq; de crū-
ditis possit intelligi: Ita eī apud eos legimus: Qui autē
docti fuerint fulgebunt quasi splēdor firmamēti: & qui
ad iusticiam erudiunt multos, quasi stellæ in p̄petuas
eternitates. Cur dicitur Paulus apostolus vas electio-
nis? Nēpe quia legis & sanctarū scripturarū armariū est.
Pharisi stupent ad doctrinā domini: & mirantur in Pe-
tro & Ioanne quomodo legē sciant: cum literas non di-
cicerint. Quicquid eīn aliis exercitatio & quotidiana in-
lēge meditatio tribuere solet illis spiritus sanctus sugge-
rebat. Et erant iuxta quod scriptū est θεος ἀδεκτοι. Duode-
cim annos saluator ī pleuerat, & in tēplo senes de q̄stio-
nibus legis interrogans, māgis docet, dū prudenter in-
terrogat. Nisi forte rusticum Petrū, rusticū dicimus Ioā-
nem: quorū vterq; dicere poterat: Et si imperit⁹ sermo-
nē, non tamen scientia. Ioannes rusticus, p̄scator, indo-
etus. Et vnde vox illa obsecro: In principio erat verbum,
& verbum erat apud deum, & deus erat verbum? λόγος
enim grāec multa significat. Nam & verbum est, & ra-
tio, & supputatio, & causa vniuersiūsq; rei, per quā sunt
singula quæ sublīstūt. Quæ vniuersa recte intelligimus
in Christo. Hoc doctus Plato nesciuit: hoc Demosthe-
nes eloquens ignorauit. Perdam, inquit, sapientiā sapiē-
tium, & prudentiā prudentiū reprobabo. Vera sapien-
tia perdet falsam sapientiā, & quanq̄ stulticia prædica-
tionis in cruce sit: tñ Paulus sapientiā loquit̄ inter p̄fe-
ctos. Sapientiā autē nō seculi huius, nec principiū istius
seculi,

HIERONYMVS PAVLINO.

seculū, quā destruitur: sed loquitur dei sapientiā in my-
sterio absconditā, quā prædestinavit ante secula. Dei sa-
pientia Christus est. Christus enim dei virtus, & dei sapiē-
tia. Hæc sapiētia in mysterio abscondita est: de qua & no-
ni psalmi titulus p̄notat, pro occultis filii: in quo sunt
œs ihesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, & qui in my-
sterio abscondit⁹ erat, prædestinat⁹ est ante secula. Præ-
destinat⁹ autē, & præfiguratus, in lege & prophetis. Vnde
& prophetæ appellabant videntes: quia videbant eū, quē
cæreri non videbant. Abraham vidit diē eius, & latitatus
est. Aperiebanū coeli Ezechieli: q̄ populo peccatori clau-
si erant. Reuela, inquit David, oculos meos: & considera
bo mirabilia de lege tua. Lex enim spiritualis est: & reuelatione
opus est, ut intelligatur, ac reuelata facie dei glo-
riam contéplemur. Liber in apocalypsi septē sigillis si-
gnatus ostendit: quem si dederis homini sciēti literas,
ut legat, respōdebit tibi: Nō possum, signatus est enim.
Quanti hodie putat se nosse literas, & tenent signatū
librum: nec aperire possunt, nisi ille reserauerit, qui ha-
bet clauem David: qui aperit & nemo claudit: claudit &
nemo aperit? In actibus apostolorū sanctus Eunuchus:
imò vir (sic enim cum scriptura cognominat) cūm lege
ret Esaiā interrogatus à Philippo: Putasne intelligis quæ
legis? respōdit quomodo possum nisi aliquis me docue-
rit? Ego (vt de me loquar interim) nec sanctior sum hoc
Eunicho: nec studiosior: qui de Aethiopia, id est, de ex-
tremis mudi finibus venit ad templū, reliquit aulā re-
giam: & tantus amator legis, diuinæq; scientiæ fuit: vt
etiam in vehiculo sacras litteras legeret: & tamē cūm li-
brum teneret, & verba dñi cogitatione cōciperet, lingua-

HIERONYMVS PAVLINO.

vōlueret, labiis psonaret, ignorabat eum quem in libro
nesciēs venerabatur. Venit Philippus, ostēdit ei Iesum,
qui clausus latebat in litera. O mira doctoris virtus. Ea-
dem hora credit Eunuchus, baptizatur : & fidelis & sanctus
factus est, ac de discipulo magister: plus in deserto
fonte ecclesiæ, q̄ in aurato synagogæ tēplo reperit. Hæc
à me breuiter perstricta sunt (neq; cīm. epistolaris angu-
stia, euagari longius patiebatur) vt intelligeres te in scri-
pturis sanctis, sine prævio & mōstrante, semitam non
posse ingredi . Taceo de grāmaticis, rhetoricis, philoso-
phis, geometris, dialecticis, musicis, astronomis, astro-
logis, medicis: quoru scientia mortalibus vel utilissima
est, & in tres partes scinditur, τὸ δόγμα, τὴ μέθοδον, τὴ
εὐωχία. Ad minores artes veniam, & quæ nō tam lin-
gua quam manu administrant. Agricolæ, cementatiæ,
fabri metallorū, lignorum ve cæsores, lanarii quoq; &
fullones, & cæteri qui variam supellectilem & vilia opus-
cula fabricantur, absq; doctore nō possunt esse quod cu-
piunt. Quod medicorū est, promittūt medici, tractant
fabrilia fabri. Sola scripturarū ars est, quā sibi oēs passim
vindicant. Scribimus indocti doctiq; poemata passim.
Hanc garrula anus hanc delirus senex, hanc sophista ver-
bosus, hanc vniuersi psumunt, lacerant, docent anteq;
discant. Alii adducto supercilio, grandia verba trutinā-
tes: inter mulierculas de sacris litteris philosophantur.
Alii discut̄ (proh pudor) à foeminiis, quod viros doceat:
& ne parum hoc sit, quadam facilitate verborū, imò au-
dacia edisserunt aliis, quod ipsi non intelligunt. Taceo
de mei similibus, qui si forte ad scripturas sanctas, post
seculares litteras venerint: & sermone composito aūrem
populi

HIERONYMVS PAVLINO.

populi mulserint: quicquid dixerint, hoc legem dei putant: nec scire dignantur, quid prophetæ, quid apostoli senserint. Sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia, quasi grande sit, & non vitiosissimum docendi genus, deprauare sententias, & ad voluntatem suam, scripturam trahere repugnantem. Quasi non legerimus Homerocentonas, & Vergiliocentonas: ac non sic etiam Maronem sine Christo possimus dicere Christianum, quia scripsit: Iam redit & virgo redeunt saturnia regna. Iam noua progenies cœlo demittitur alto. Et patrem loquentem ad filium: Nata meæ vites, mea magna potentia solus. Et post verba saluatoris in cruce. Talia præstabat memorias, fixusque manebat. Puerilia sunt hæc, & circulatorum ludos similia, docere quod ignores, immo ut cum stomacho loquar, ne hoc quidem scire quod nescias. Videlicet manifestissima est Genesis, in qua de creatura mundi, de exordio generis humani, de diuisione terræ, de confusione linguarum & gentium, usque ad exitum scribitur Hebreorum. Partet Exodus, cum decem plagiis, cum decalogo, cum mysticis diuinisque præceptis. In promptu est Leuiticus liber, in quo singula sacrificia, immo singulæ penè syllabæ & vestes Aaron, & totus ordo Leuiticus, spirant cœlestia sacramenta. Numeri vero, nonne totius arithmeticæ, & prophetiae Balaam, & quadragita duarum per eremum missionum mysteria continent? Deuteronomium quoque secundalex, & euangelicæ legis præfiguratio, nonne sic ea habet quæ priora sunt, ut tamen nova sint omnia de veteribus? Hucusque Moyses, hucusque pentateuchus: quibus quicque verbis, loqui se velle Apostolus in ecclesia gloriatur. Iob exceptus patientia, quæ non mysteria suo sermone

HIERONYMVS PAVLINO.

complectitur? Prosa incipit, versu labitur, pedestri sermone finitut: oēsq; leges dialecticæ, ppositione, assumptione, confirmatione, cōclusione determinat, Singula in eo verba, plena sunt sensib^o. Et (vt de cæteris sileā) resurrectionē corporū sic pphetat: vt nullus de ea vel manifesti^o, vel cautius scripscerit. Scio, inquit, qđ redēptor meus viuit, & i nouissimo die de terra resurrectur^o sum: & rursus circūdabor pelle mea, & in carne mea videbo dēū. Quem visur^o sum ego ipse: & oculi mei cōspecturi sunt, & nō ali^o. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.

Veniā ad Iesum Naue, q typus dñi nō solū gestis sed etiā noīc, trāsīt Iordanē, hostiū regna subuertit: diuisit terrā victori populo, & per singulas vrbes, viculos, mōtes flumia, torrētes, atq; cōfinia, ecclesiæ cœlestisq; Hie rusalē spūlia regna describit. In Iudicū libro qđ prīcipes populi, tot figuræ sūt. Ruth Moabitis, Esaiæ ex plet vaticiniū, dicētis: Emitte ganum dñe dñatorē terræ; de petra deserri ad montē filiæ Sion. Samuel in Heli mortuo, & in occiso Saul, veterē legē abolitā mōstrat. Potrō in Sadoch atq; Dauid, noui sacerdotii, nouiq; i perii sacramenta testat. Malachim, idest Regū tertius, & quart^o liber à Solomone vsq; ad Ieconiā: & ab Hieroboam filio Nabath, vsq; ad Osce, q ductus est in Assyrios, regnū Iuda & regnum describit Israel. Si historiā respicias, verba simplicia sunt. Si in literis sensum latentē inspexeris, ecclesiæ paucitas, & hereticorū cōtra ecclesiā bella narrantur. Duodecim pphete i vni^o voluminis angustias coartati, multo aliud quā sonat in litera, pfigurant. Osce crebro noīat Ephraim, Samariā, Ioseph, Iezrael, & vxoret fornicariā, & fornicationis filios, & adulterā cubiculo clausam

HIERONYMVS. PAVLINO.

clausam mariti, multo tēpore sedere viduā : & sub vēste
 lugubri. viri ad se reditū p̄stolari. Iohel fili⁹ Phatuel, de-
 scribit tertā duodecim tribuum, heruca, bruco, locusta,
 rubigine vastante corruptā: & post euersionē prioris po-
 puli, effusum spiritū sanctū super seruos dei, & ancillas
 idest, super centū viginti credentiū noīa, qui effunden-
 dus erat in cōnaculo Sion: qui centū vigiti, ab uno vñq;
 ad quindecim paulatiū & p̄ incremēta surgentes, quin-
 decim graduū numerū efficiunt: qui in psalterio mysti-
 ce continent. Amos pastor & rusticus & ruborū mora
 destringens, paucis verbis explicari nō potest. Quis eīm
 digne exprimat tria aut quatuor scelerā Damasci, Gaze,
 & Tyri, & Idumeæ, & filiorū Ammon, & Moab, & in se-
 ptimo octauoq; gradu Iudææ & Israel? Hic loquitur ad
 vaccas pingues. quæ sunt in móte Samatiæ, & ruituram
 domum maiorem minorēq; restatur. Ipse cernit facto-
 rem locustæ: & stantē dominū super murum litum vel
 adamantinū, & vncinum pomorū, attrahētem suppli-
 cia peccatoribus, & famem in terrā: non famem panis,
 nec sitim aquæ, sed audiendi verbum dei. Abdias qui
 interpretatur seruus dei: pertonat contra Edom sanguineum:
 terreniumq; hominē. Frarris quoq; Iacob sem-
 per æmulum, hæsta percutit spirituali. Ionas colum-
 ba pulcherrima, naufragio suo passionem dñi præfigu-
 rans, mundū ad pœnitentiā reuocat: & sub nomine Ni-
 niue, salutē gentibus nūciat. Micheas de Morastī co-
 hæres Christi, vastationē annūciat filiæ latronis & obsi-
 dionē ponit cōtra eam: quia maxillā percusserit iudicis
 Israel. Nahū consolator orbis, increpat ciuitatem san-
 guinū, & post euersionē illius loquitur: Ecce sup mótes

HIERONYMVS PAVLINO.

pedes euāgelizātis & annūciātis pacē. Habacuc luctator fortis & rigidus, stat sup custodiā suā, & figit gradū su per munitionē: vt Christū in cruce contēpletur & dicat: Opuit cōelos gloria ei⁹, & laudis ei⁹ plena est terra. Splēdor ei⁹, vt lux erit, cornua in manib⁹ eius, ibi abscondita est fortitudo ei⁹. Sophonias speculator & arcanorū dñi cognitor, audit clamorē à porta pisciū, & ciuatū à secūda, & cōtritionē à collib⁹. Indicit quoq; viliatū habitorib⁹ pilæ: qā cōticuit oīs popul' Chanaā: disperierūt yniuersi, q inuoluti erāt argēro. Aggeus festiuus & lētus: q seminauit in lachrymis, vt in gaudio meteret, destrūctū rēplū ædificat, dñm q; patrē inducit loquētem. Adhuc vnum modicū, & ego cōmouebo cōelū & terrā & mare & aridā, & mouebo oēs gētes: & veniet desideratus cūctis gētib⁹. Zacharias memor dñi sui, multiplex in pphetia, Iesum vestib⁹ sordidis induitū, & lapidē oculorū septē, cādelabruq; aureū cū todidē lucernis, quot oculis, duas quoq; oliuas à sinistris lāpadis cernit & dextris, vt post equos varios, & rufos, & albos, & dissipatas quādrigas ex Ephraim, & tecū de Hierusalē, pauperē tegem vaticineret & prædicet, sedentē super pullū filiū alinæ subiugalis. Malachias aperte, & in fine omniū prophētarum, de abiectione Israel & vocatione gentiū: Non est mihi, ait, volūtas in vobis, dicit dñs exercituū, & mun⁹ nō suscipiā de manu vestra. Ab ortu enim solis usq; ad occasum, magnū est nomen meū in gēribus: & in omni loco sacrificiā & offertur nomini meo oblatio munda. Esaiam, Hieremiā, Ezechielē, & Danielē q̄s possit vel intelligere, vel exponere? Quorum primius non pphetiā mihi videt texere, sed euangeliū. Scđus virgam nuccā & ollam

HIERONYMVS PAVLINO.

ollā succēsam à facie Aquilonis & pardū spoliatū suis colorib⁹ : & quadruplex diuersis metris necit alphabetū. Tertius principia & finē tantis habet obscuritatib⁹ in uo luta : vt apud Hebræos istæ partes cū exordio genescos ante annos triginta nō legant. Quart⁹ vero qui & extre-
 mus īter quatuor p̄phetas, rēporū cōscius, & totius mū-
 di philostōros, lapidē p̄cēsum de mōte sine manib⁹,
 & regna oīa subuertentē,claro sermone pronūciat. Da-
 uid Simonides noster, Pindar⁹ & Alcēus, Flaccus quoq;
 Catull⁹ & Seren⁹, Christū lyra p̄sonat, & in decachordo
 psalterio ab inferis suscitat resurgentē. Solomon paci-
 ficus & amabilis dñi, mores corrigit, naturā docet; ecclē-
 siam iungit & Christū, sanctarūq; nuptiarū dulce canit
 epithalamiū. Hester in ecclēsiā typo populū liberat
 de periculo, & imperfecto Aman, q̄ interpretatur in iugtas,
 partes cōuiuii & diē celebrē mittit in posteros: Patali-
 pomenō liber, idest, instrumenti veteris ἐπιτομή, tātus
 ac talis est: vt absq; illo si quis sciētiā scripturātū sibi vo-
 luerit arrogare, sc̄ip̄m irrideat. Per singula quippe noīa
 iuncturasq; verborū, & p̄termissā in regū libris tangū-
 tur historiæ & innumerabiles explicant euāngeliī q̄stio-
 nēs. Esdras & Neemias, adiutor videlicet & cōsolator
 à dñō, in vnū volumē coartant: in staurāt templū: mu-
 ros extrūt ciuitatis: oīsq; illa turba populi redeūtis in
 patriā, & descriptio sacerdotū, leuitarū, Israelis, prosely-
 torū, ac p̄ singulas familiās mutorū ac tuttiū opera di-
 uisa: aliud in cortice p̄fserūt, aliud retinēt in medulla.
 Cernis me scripturātū amore raptū excessū modū epi-
 stole & tñ nō implesse qđ volui. Audiūim⁹ tantū quid
 nosse, qđ cū p̄ debēanī⁹, vt & nos quoq; possim⁹ dicere:
 1016

HIERONYMVS PAVLINO.

Cōcupiuit aia mea desiderare iustificationes tuas ī omni tēpore. Cāterū Socraticū illud impleſt in nobis: Hoc rātum ſcio quod nescio. Tangam & nouū breuiter reſta mentū. Mattheus, Marcus, Lucas, & Ioannes, quadriga dñi, & verū cherubim, qđ interpretat ſcīetiæ multitudo, per totū corpus oculati ſunt, ſcintillæ emicant, diſcurtūt fulgura, pedes habent rectos & in ſublime tendētes, terga pēnata & vbiq; volitātia. Tenent ſe mutuo, ſibiq; pplexi ſunt, & quaſi rota in rota voluunt̄, & pgnunt quocūq; eos flatuſ ſcti ſpūs pdukerit. (Paulus apostol⁹ ad ſeprē eccleſias ſcribit (octaua eīn ad Hebreos à plerisq; extra numerū ponit) Timotheū inſtruit ac Titū, Philomenē p fugitiuo famulo deſpcat. Sup quo tacere melius puto, q̄ pauca ſcribere. Aetus apostolorū nudam quidē ſonare viden̄ historiā, & naſceſtis eccleſiæ infantia texere: ſed ſi nouerim⁹ ſcriptorē eorū Lucā eſſe medicū cuius laus eſt in Euāgelio: aī aduertem⁹ pariter oīa verba illi⁹, animæ lāguētis eſſe medicinā. Iacobus, Petrus, Ioannes, Iudas apostoli, ſeptē epiftolas ediderūt tā myſticas q̄ ſuccinētas, & breues pariter & longas: breues in verbis, lōgas in ſentētiis, vt rat⁹ ſit qui nō in earū lectione cæcutiat. Apocalypſis Ioānis tot habet ſacramēta qđ verba. Parū dixi p merito voluminis. Laus oīis inferior eſt in verbis ſingulis multipliſes latēt intelligētiæ. Oro te frater chariſſimæ, iteſ hæc viuere, iſta meditari, nihil aliud noſſe, nihil q̄tere: nōne tibi videt iam hic in terris regni coeleſtis habitaculū? Nolo offendaris i ſcripturis ſctis ſimplicitate, & quaſi vilitate, verborū: q̄ vel virio interpretū, vel de induſtria ſic p ſlata ſunt, vt rūſtīcā cōcionē facili⁹ iſtruere: & i vna eadēq; ſentētia;

aliter

HIERONYMVS PAVLINO.

aliter doct⁹, aliter audiret indoct⁹. Nō sum tam petulās & hæbes: aut hæc me nosse pollicear, & eorū fruct⁹ cape re, quorū radices i cœlo fixe sunt: sed velle fateor. Sedēti me pfero, magistrū renuēs, comitē spōdeo. Petēti datur, pulsanti aperitur, querēs inuenit. Discam⁹ in terris, quorū nobis sciētia pseueret in cœlo. Obuiis te manib⁹ excipiā: & (vt inepit alqd ac de Herinogoræ tumiditate effundā) quicqd q̄sieris, tecū scire conabor. Habes hic amātissimū tui fratrē Eusebiū: qui l̄ fratū tuarū mihi gratiā duplicit, referēs honestatē morū tuorū, contēptū seculi, fidē amicitiæ, amorē Christi. Nam prudentiā & eloquii venustatē, etiā absq; illo ipsa epistola p̄ferebat. Festina quæso te, & herétis in salo nauiculaꝝ funē magis p̄cide quā solue. Nemo renunciatur⁹ seculo bene potest vēdere, q̄ cōtépsit vt vēderet. Quicqd in sumpt⁹ de tuo tuleris, pro lucro cōputa. Antiquum dictū est: Auaro tā deest qđ habet, quāqđ non habet. Credēti totus mūdus diuitiarū est. Infidelis etiam obolo indigeret. Sic viuam⁹ tanquā nihil habētes, & oīa possidētes. Victus & vestit⁹, diuitiæ Christianorū. Si habes in potestate rem tuā, vende: si nō habes, piice. Tollenti tunicā, & palliū relinqué dum est. Scilicet nisi tu semp̄ recrastinans, & diē de die trahens, caute & pedetentim tuas possessiūculas vēdideris, nō haber Christus vnde alat pauperes suos. Totum deo dedit, qui scipsum obtulit. Apostoli nauem tantum & retia reliquerūt. Vidua duo æta misit ad gatzophylacium, & præfertur Croesi diuitiis. Facie contemnit omnia qui se semper cogitat esse moriturum.

Tēλος.



Conimbris Apud Cœno-
bium Diue Crucis.:

M.D.XXXVI.











